This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`


110. m.
127.

600088875%

# MONUMENTA

## SPECTANTIA AD UNIONEM ECCLESIARUM GRAECAE ET ROMANAE

MAIOREM PARTEM

E SANCTIORIBUS VATICANI TABULARIIS

EDITA

AB

AUGUSTINO THEINER ET FRANCISCO MIKLOSICH

CUM TABULA

VINDOBONAE
GUILELMUS BRAUMUELLER
1872.

Typi et charta Leopoldi Sommer et Comp.

# Litterarum graecarum, praecipue ecclesiasticarum cultoribus.

Magna sane animi voluptate quisquis rebus historicis vel tantillum instructus facile animadverterit, viros praeclari ingenii in excolendis litteris graecis, iis praesertim, quae ad historiam tum civilem tum sacram gentium orientalium spectant, peculiari quodam amore aetate nostra certatim, ut ita dicamus, versari. Studium hoc nobilissimum catholicos haud secus ac eos, qui ab ecclesia catholica dissentiunt, pariter arripuit. Orientales ipsi atque ex occidentalibus, qui sacra graecorum sequuntur, quos inter Rutheni et Rossiaci vel Moscovitae principem sibi locum vindicant, ad eruendos et perquirendos fontes, quibus ecclesia orientalis vel nititur vel comprobatur aut dilucidatur, alacriter incumbunt. Catholicis demum ad egregiam hanc viam percurrendam Summus Pontifex Pius PP. Nonus calcar addidit, qui, ut omnibus notum, ductus mirabilis tudio, quo erga orientales aut in avita fide confirmandos aut ad eam reducendos flagrat, consessum virorum ecclesiasticorum doctrina et litteris nec non muneribus publicis ac dignitatibus insignium non ita pridem instituit, congregationem nempe pro negotiis orientalium, quos veluti consiliarios ad praeclaram hanc provinciam bene gerendam adscisceret, quibus, nullo nostro merito suffragante, nos quoque benevolentia eiusdem Pontificis adscripti fuimus. Haud itaque miraberis, urbane lector, quod, ne tantus honor in nobis vacuus sit, ad negotium istud sane gravissimum adiuvandum aliquid pro parte nostra conferamus.

Asservantur in sanctioribus Vaticani tabulariis nonnulla monumenta haud parvi momenti, quae graecam ecclesiam illustrant, partim nondum edita, partim in lucem publicam non sine mendis prolata. Rei litterariae gratum acceptumque fore confidimus, si quae hucusque latuere, iuris publici faciamus, et quae mendis scatent, ad genuinam originalium lectionem reducamus.

Quatuordecim monumenta nobis occurrunt, quorum nonnulla paucis verbis percensere sufficiat, delegantibus rei historicae cultoribus vel iis, qui ad concinnandos ecclesiae orientalis annales incumbunt, ea amplioribus commentariis adiuvare. Huiusmodi consilium eam ob rem instituimus, quod monumenta proferenda nimis diversa et dissita tempora respiciunt, quae si explicare velles, longam rerum historicarum seriem repetere necesse esset, quod ab instituto nostro nimis alienum foret.

Prima duo monumenta Ioannem Comnenum, imperatorem Constantinopolitanum, qui Alexio, patri suo, XVIII. kal. septembres 1118 defuncto, eodem die successit, et imperium usque ad VI. id. apriles 1143 rexit, auctorem habent. Litterae, graeco sermone exaratae, addita versione latina coaeva in calce, Summo Ecclesiae Romanae Pontifici, omisso eius nomine, qui mos plerumque apud Graecos priorum temporum Romanis Pontificibus litteras mittentes invaluit, quod hodie apud solos Gallorum reges usu venit, inscriptae sunt. Verumtamen haud difficile est nomina Pontificum in huiusmodi litteris ex datis eis adiectis eruere. Alterae nimirum Ioannis litterae, ut earum annus mundi et indictio indicant, mense iunio anni 1124, alterae mense aprili 1126 datae sunt, ideoque priores Calixto P. II., qui Romanae Ecclesiae a kal. februarias 1119 usque ad id. decembres 1124 praefuit, alteras Honorio P. II., qui ei XIII. kal. ianuarias anni sequentis in supremo pontificatu successit ac XVI kal. martias 1130 obiit, omnino inscriptas esse oportet.

Dolendum sane quam maxime, litteras, quas Calixtus et Honorius in negotio unionis inter Ecclesiam Romanam et Graecam instaurandae ad Ioannem imperatorem dederunt, quarumque ipse imperator in responsione ad utrumque Pontificem data mentionem iniecit, deperiisse; dolendum aeque, historicos coaevos tum graecos tum latinos,

de hac Pontificum Romanorum solemni legatione ad aulam Constantinopolitanam missa altum silentium tenere. Mirum porro ac sane periucundum, quod imperator in litteris ad Honorium Pontificem datis doctrinam vel potius allegoriam de duobus gladiis, altero summo Romano Pontifici, altero Caesari a Deo ad regendum orbem christianum concesso, latinis scriptoribus huius aevi satis obviam, apud graecos fere ignoratam, aeque adoptavit. Quae scriptores coaevi tum graeci tum latini de hac inter utramque ecclesiam tentata unione satis confuse et permixte, perturbato saepius ordine temporum, referunt, Leo Allatius, diligentissimus ac doctissimus harum rerum investigator, De Ecclesiae Occidentalis et Orientalis perpetua consensione. Coloniae 1648 in 4°, magna eruditione dilucidat, novis monumentis adductis, ex quibus patet, Alexium Comnenum, patrem Ioannis, de quo sermo, qui graecorum imperium a kal. aprilibus 1081 usque ad XVIII. kal. augustas 1118 tenebat, de unione Romanam inter et Graecam Ecclesiam instauranda cogitasse.

Extant de ea re Paschalis II. Romani Pontificis ad Alexium praestantissimae litterae, Troiae prope Beneventum IX. kal. septembres 1115 datae, quas non ita pridem vir clarissimus, Wilhelmus Giesebrecht, ex codice Vaticano Ottobon. eruit. Ph. Jaffé, Regesta Pontificum Romanorum nro. 4782 pag. 510.

Agitabatur illis diebus celeberrima controversia inter Occidentales Imperatores et Romanos Pontifices de libertate ecclesiae et de nominandis episcopis iam a tempore Gregorii Pontificis VII. exorta, vulgo de investitura nuncupata, cuius rumor etiam orientales terras pervaserat. Fama refert, Cononem, Cardinalem Praenestinum, a Paschali II. Pontifice veluti sedis apostolicae legatum in orientem missum, imperatorem Henricum V. in quodam concilio Hierosolymitano anathemate percussisse atque exauctorasse. Quid mirum, Alexium, Graecorum imperatorem, de adipiscenda corona imperiali Occidentalium, ac ita de uniendo utriusque imperii diademate iam iam cogitasse, veluti alterum Constantinum Magnum? Huius rei praeclarum testimonium perhibet solemnis eius ad Romanos anno 1112 missa legatio, cuius Petrus, monachus Cassinensis, scriptor haud obscurus huius aevi, meminit. Chron. Cassin.

Asservantur in sanctioribus Vaticani tabulariis nonnulla monumenta haud parvi momenti, quae graecam ecclesiam illustrant, partim nondum edita, partim in lucem publicam non sine mendis prolata. Rei litterariae gratum acceptumque fore confidimus, si quae hucusque latuere, iuris publici faciamus, et quae mendis scatent, ad genuinam originalium lectionem reducamus.

Quatuordecim monumenta nobis occurrunt, quorum nonnulla paucis verbis percensere sufficiat, delegantibus rei historicae cultoribus vel iis, qui ad concinnandos ecclesiae orientalis annales incumbunt, ea amplioribus commentariis adiuvare. Huiusmodi consilium eam ob rem instituimus, quod monumenta proferenda nimis diversa et dissita tempora respiciunt, quae si explicare velles, longam rerum historicarum seriem repetere necesse esset, quod ab instituto nostro nimis alienum foret.

Prima duo monumenta Ioannem Comnenum, imperatorem Constantinopolitanum, qui Alexio, patri suo, XVIII. kal. septembres 1118 defuncto, eodem die successit, et imperium usque ad VI. id. apriles 1143 rexit, auctorem habent. Litterae, graeco sermone exaratae, addita versione latina coaeva in calce, Summo Ecclesiae Romanae Pontifici, omisso eius nomine, qui mos plerumque apud Graecos priorum temporum Romanis Pontificibus litteras mittentes invaluit, quod hodie apud solos Gallorum reges usu venit, inscriptae sunt. Verumtamen haud difficile est nomina Pontificum in huiusmodi litteris ex datis eis adiectis eruere. Alterae nimirum Ioannis litterae, ut earum annus mundi et indictio indicant, mense iunio anni 1124, alterae mense aprili 1126 datae sunt, ideoque priores Calixto P. II., qui Romanae Ecclesiae a kal. februarias 1119 usque ad id. decembres 1124 praefuit, alteras Honorio P. II., qui ei XIII. kal. ianuarias anni sequentis in supremo pontificatu successit ac XVI kal. martias 1130 obiit, omnino inscriptas esse oportet.

Dolendum sane quam maxime, litteras, quas Calixtus et Honorius in negotio unionis inter Ecclesiam Romanam et Graecam instaurandae ad Ioannem imperatorem dederunt, quarumque ipse imperator in responsione ad utrumque Pontificem data mentionem iniecit, de-

*periisse; dolendum* aeque, historicos coaevos tum graecos tum latinos,

de hac Pontificum Romanorum solemni legatione ad aulam Constantinopolitanam missa altum silentium tenere. Mirum porro ac sane periucundum, quod imperator in litteris ad Honorium Pontificem datis doctrinam vel potius allegoriam de duobus gladiis, altero summo Romano Pontifici, altero Caesari a Deo ad regendum orbem christianum concesso, latinis scriptoribus huius aevi satis obviam, apud graecos fere ignoratam, aeque adoptavit. Quae scriptores coaevi tum graeci tum latini de hac inter utramque ecclesiam tentata unione satis confuse et permixte, perturbato saepius ordine temporum, referunt, Leo Allatius, diligentissimus ac doctissimus harum rerum investigator, De Ecclesiae Occidentalis et Orientalis perpetua consensione. Coloniae 1648 in 4°, magna eruditione dilucidat, novis monumentis adductis, ex quibus patet, Alexium Comnenum, patrem Ioannis, de quo sermo, qui graecorum imperium a kal. aprilibus 1081 usque ad XVIII. kal. augustas 1118 tenebat, de unione Romanam inter et Graecam Ecclesiam instauranda cogitasse.

Extant de ea re Paschalis II. Romani Pontificis ad Alexium praestantissimae litterae, Troiae prope Beneventum IX. kal. septembres 1115 datae, quas non ita pridem vir clarissimus, Wilhelmus Giesebrecht, ex codice Vaticano Ottobon. eruit. Ph. Jaffé, Regesta Pontificum Romanorum nro. 4782 pag. 510.

Agitabatur illis diebus celeberrima controversia inter Occidentales Imperatores et Romanos Pontifices de libertate ecclesiae et de nominandis episcopis iam a tempore Gregorii Pontificis VII. exorta, vulgo de investitura nuncupata, cuius rumor etiam orientales terras pervaserat. Fama refert, Cononem, Cardinalem Praenestinum, a Paschali II. Pontifice veluti sedis apostolicae legatum in orientem missum, imperatorem Henricum V. in quodam concilio Hierosolymitano anathemate percussisse atque exauctorasse. Quid mirum, Alexium, Graecorum imperatorem, de adipiscenda corona imperiali Occidentalium, ac ita de uniendo utriusque imperii diademate iam iam cogitasse, veluti alterum Constantinum Magnum? Huius rei praeclarum testimonium perhibet solemnis eius ad Romanos anno 1112 missa legatio, cuius Petrus, monachus Cassinensis, scriptor haud obscurus huius aevi, meminit. Chron. Cassin.

Lib. IV. cap. 48 apud Muratori, Script. rerum Italicar. T. V. pag. 97. Baronius ad annum 1112 nro 21.

Haud itaque inverisimile, Alexii filium et successorem idem somnium somniasse, ut ipsius ad Honorium Pontificem litterae quodammodo innuere videntur. Quod ut eo facilius consequeretur, studium utramque ecclesiam uniendi prae se ferebat vel simulabat. Is enim est Graecorum praecipue imperatorum pronus ac fere constans animus, ut, vel in periculis constituti vel spe lucri cuiusdam adipiscendi allecti, sedem apostolicam supplices adeant, ardentissimoque studio se flagrare perhibeant ad unitatem ecclesiae una cum populis suis redeundi, sed cessantibus periculis et spe lucrandi frustrati mox in antiquos errores relabantur et saepe saepius aculeos suos contumeliarum in ecclesiam Romanam emittant. Restat, ut quaedam de externa horum diplomatum forma dicamus.

Ea in charta membranea purpurei coloris ad modum rotuli vel contaciorum — κονταχίων — litteris aureis vulgaribus exarata sunt. Multae horum diplomatum litterae pluribus disiunctisque calami ductibus descriptae sunt, aliae colligatae vel copulatae, atque uno ductu binas, ternas vel plures litteras exhibent, quae consuetudo ex tachygraphis vel notariis octavo, ut citius, vel nono, ut tardius, saeculo invaluisse videtur, ut Montefalconius, palaeographiae graecae parens, observat.

Diplomata ipsa satis magnae longitudinis sunt et ex multis foliis, vulgariter tabulae dictis, plus vel minus longis, consequenter agglutinatis consarcinata, quae causa est, ut eis formam contaciorum, quamvis minus recte, attribuamus. Differunt enim contacia a rotulis, quod illa ex utraque folii parte descripta sunt, ita ut, cum ad primae paginae finem pervenerint, ab eadem folii vel tabulae extremitate, vertendo chartam, secundae paginae lectionem ineant pergantque, donec ad baculum, unde ab altera parte legere orsi sunt, denuo recurrant. Contacium — κοντάκιον — diminutivum a κοντός, id est brevis baculus, est, ut plurimum, palmae longitudine, cui baculo haeret obvoluta mirae nonnunquam longitudinis charta membranea ex multis foliis, ut diximus, confecta, quo facilius conservari et legi possit.

Diploma primum prae se fert longitudinem quatuor metrorum (liceat

hanc mensuram a recentioribus fere omnibus acceptam adhibere), et constat ex septem foliis vel tabulis inter se conglutinatis, quarum singulae 0.36 centimetros latae sunt. In fronte diplomatis ornatus aureus satis elegans 0.36 centimetros longus deprehenditur; similis ornatus 0,3 centimetros latus in utroque latere conspicitur. Textus graecus uniuscuiusque lineae 0,25 centimetros latus efficit 62 lineas. Versio latina, aureis litteris exarata, sed minus magnis et elegantibus et inter se magis coniunctis quam textus graecus, eadem vero latitudine, 30 lineas continet. Diploma secundum, priori omni fere ex parte simile, quatuor metros longum et 0.36 centimetros latum, cuius ornatus frontalis 0,14 centimetros et lateralis 0,3 centimetros latus, ex octo tabulis constat. Textus graecus 62 lineas, versio latina 31 complectitur. Uterque textus, tum graecus tum latinus, subscriptionem autographam imperatoris cinnabari exhibet; in priori diplomate textus graecus subscriptione imperatoris cinnabari solummodo munitus est.

Tertium diploma, eadem prorsus elegantia ac duo mox citata descriptum, litteras continet, quas Manuel Comnenus, qui patri suo Ioanni 1143 in regno successit, et VIII. kal. octobres 1180 vita functus est, ad Eugenium P. III, qui principatum ecclesiae Romanae a V kal. martias 1145 usque ad V. id. iulias 1153 gessit, mense augusto 1145 dedit, quibus eiusdem Summi Pontificis ad eum de negotio terrae sanctae datis litteris respondet atque vovet, se Ludovicum VII., regem Francorum, cum validissimo nobilium exercitu ad repellendos Saracenos et ad recuperandam praeprimis civitatem Edessenam proxime adventem humanissime recepturum atque pro viribus praesto ei fore. Satis notum, quam nequiter graeculus iste imperator fidem datam violaverit. Valde dolendum, litteras Pontificis, quarum Manuel meminit, iniuria temporum interiisse. Quod ad diploma attinet, aureis litteris tum graecis tum latinis descriptum, ex tabulis novem constat, quatuor et dimidium metros longum et 0.38 centimetros latum; exhibet ornatum frontalem, 0.14 centimetros longum, et ornatum lateralem, 0.5 et dimidium metros latum. Textus graecus una cum imperatoris subscriptione autographa cinnabari descripta 49 lineas, versio addita latina sine subscriptione imperatoris 13 lineas amplectitur.

Huius diplomatis, quo benevolo lectori eius elegantia et pulchritudo magis appareat, facsimile ut dicunt exhibere lubet: initium dedisse sufficiat, cum nimis sumptuosum esset id integrum proferre.

Diploma sextum professionem fidei exhibet, quam Andronicus Palaeologus, qui vivente patre Michaële VI. id. novemb. 1273 imperator renuntiatus et coronatus, ei e vivis sublato III. id. decemb. 1282 in imperio successerat, publice emisit et ad Summum Pontificem Ioannem XXI. direxit, confirmans, quae pater eius in secundo concilio generali Lugdunensi anno 1274 per legatum suum celebrem illum Gregorium Acropolitam magnum logothetam de unione inter utramque ecclesiam ibidem inita se servaturum iuraverat. Insertae sunt litterae, quae de eo negotio Michaël ipse ad Gregorium X. dederat, quasque iterum proferimus, cum aliquantum ab impressis differant. Subiungimus harum litterarum versionem latinam coaevam manu propria imperatoris cinnabari subscriptam ac bulla aurea munitam, omisimus tamen versionem latinam coaevam litterarum imperatoris Andronici, cum ea omnino cum vulgatis concordet. Raynaldus ad annum 1277 nro 32.

Lubet Andronici litteris addere professionem fidei, quam celeberrimus Ioannes Beccus, patriarcha Constantinopolitanus, una cum Synodo episcoporum sui patriarchatus de unione inter utramque ecclesiam restauranda anno 1277 emisit, atque ad Ioannem XXI. direxit, propterea quod ea, ni fallimur, graece nondum edita est. Damus eam ex originali membraneo manu propria Becci cinnabari subscripto.

Octavum diploma continet solemnem tractatum, quem Ioannes Palaeologus, qui varia satis fortuna Graecorum imperium ab anno 1341 usque ad annum 1391 rexit, cum Summo Pontifice Innocentio VI. de unione inter utramque ecclesiam firmanda ac de foedere inter ipsum et Pontificem ad debellandos Turcas feriendo anno 1355 iniit. Extat huius tractatus originale graecum cum versione latina coaeva ex adverso manu propria imperatoris cinnabari subscriptum ac bulla aurea quondam munitum, quae nunc deest. Haud e re esse videtur versionem latinam huius tractatus denuo proferre, quamquam eam Raynaldus anna-

libus suis ad annum 1356 inseruit, quem de hoc negotio ample disserentem consulas.

Idem imperator, ut omnibus notum, anno 1369 Romam quodammodo profugus coram Summo Pontifice Urbano V., qui non ita pridem Avenione ad limina apostolorum redierat, publicam professionem fidei emisit, cuius utique extat publicum instrumentum originale membraneum graeco ac latino sermone exaratum manu propria imperatoris cinnabari subscriptum, cum bulla aurea, quae adhuc ex eo pendet. Clarissimus Leo Allatius id in utroque idiomate evulgavit. Raynaldus eius versionem latinam ad annum 1369 nro 2 exhibet, quare diploma hocce omissum fecimus.

Undecimum diploma continet facultates, quas Ioannes Palaeologus, qui patri suo in imperio anno 1425 succedens ad annum usque 1448 regnavit, oratoribus suis ad concilium Basileense missis dedit, ut ibi nomine suo gravissimum negotium unionis utriusque ecclesiae tractarent. Damus eas ex originali membraneo graeco latinoque sermone exarato, ab imperatore cinnabari subscripto bullaque sua aurea instructo, quae adhuc ex eo pendet. Versionem latinam huius diplomatis Raynaldus exhibet ad annum 1433 nro 28.

Moleste haud quisquam ferat, quod hic libellos supplices proferimus, quos Chimarenses in Epiro et Mainotae in Albania annis 1581 et 1582 ad Summum Pontificem Gregorium XIII. dederunt, quibusque eum efflagitant, ut ipsos contra Turcas et molestias schismaticorum graecorum adiuvare velit. Extant eiusdem Pontificis responsa amantissima ad Chimarenses, quae in continuatione nostra Card. Baronii Annalium evulgavimus ad 1582 nro 20. Tom. III. pag. 335 Romae 1856.

Libelli isti luculentum testimonium exhibent incredibilis fere corruptelae, quae id temporis in Graecorum idioma irrepserat.

Restat tandem, ut viro praeclaro Iosepho Müller, in universitate Taurinensi litterarum graecarum professori, grates publice referamus, qui dum Romae ante aliquot annos studiorum causa moratur, nos variis tum laboribus distentos partim in exscribendis hisce monumentis, partim in reducendis eis ad fidem originalium perhumaniter adiuvare voluit. Socium opellae nostrae qualiscunque adsci-

vimus Franciscum Miklosich, intima amicitia nobiscum iam a multo tempore coniunctum, quocum, quo editio horum monumentorum accuratior et ornatior, nobis absentibus, curis eius credita evaderet, cum aestate anni elapsi Vindobonae commoraremur, hanc rem tractavimus.

**Augustinus Theiner.**

## I. (6632—1124) iunio ind. II.

***Imperator Ioannes Comnenus probat papae Callisti II. consilium ecclesiarum uniendarum.***

Ἰωάννης ἐν Χριστῷ τῷ θεῷ πιστὸς βασιλεὺς πορφυρογέννητος, ἄναξ ὑψηλός, κραταιός, αὔγουστος καὶ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων, ὁ Κομνηνός.

Εἰς τὸν ἁγιώτατον πάπαν.

† Τὸ παρὰ τῆς σῆς μακαριότητος, ἁγιώτατε πάπα, διὰ τῆς ἀποσταλείσης τῇ βασιλείᾳ μου τιμιωτάτης γραφῆς σου περὶ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν ἑνώσεως δηλωθὲν τῇ τῶν πραγμάτων ἀληθείᾳ καθέστηκε σύνδρομον καὶ τῆς ἐμβριθείας καὶ τοῦ μεγέθους τῆς ἱερᾶς σου φρονήσεως ὄντως ἐπάξιον· τί γὰρ ἄλλο τῆς ἀληθοῦς τῆς ἐκκλησίας ἑνώσεως προσήκει τοὺς χριστιανοὺς ὑμᾶς προτιμᾶν; ἢ τίνι πλέον ἑτέρῳ πράγματι θεραπεύειν τὸν τῆς εἰρήνης δοτῆρα Χριστὸν, ὃς καὶ μέχρι τῆς ἡμετέρας ἐσχατιᾶς ἑαυτὸν φιλανθρώπως ἐκένωσεν, ἵνα καταλλάξῃ τὰ διεστῶτα καὶ τὴν ἐκπεσοῦσαν τῆς μακαρίας διαγωγῆς τῶν ἀνθρώπων φύσιν ἐπαναγάγῃ πρὸς τὸ πρῶτον ἀξίωμα, καὶ τῷ ἐπουρανίῳ ταύτην προσαγάγῃ θεῷ; τοῦτο τὸ τῆς εἰρήνης χρῆμα καὶ θεῷ προσφιλὲς καὶ ἀνθρώποις ταῖς θείαις ἐντολαῖς ἑπομένοις ἀξιοζήλωτον· εἰ δὲ καὶ ἡ σὴ μακαριότης ὅλον τὸν οἰκεῖον σκοπὸν ὑπὲρ τῆς τοιαύτης ἑνώσεως καὶ πάλαι καὶ νῦν κατεβάλετο, κατάλληλον τοῦτο πάντως αὐτῇ· τὸ μὲν γὰρ μίαν εἶναι τὴν ἐκκλησίαν, ἣν ὁ σωτὴρ τῷ οἰκείῳ ἐξηγοράσατο αἵματι, οὐδενὶ τῶν τὰ τῆς θείας γραφῆς μεμυημένων ὅλως ἠγνόηται· τὸ δὲ πολλάκις σπουδάζειν τὸν

τῆς πονηρίας γεννήτορα καὶ τοὺς ὑπηρετοῦντας τῷ ἐκείνου θελήματι τὴν τοιαύτην τῆς ἐκκλησίας ὁμόνοιαν διαιρεῖν καὶ τὴν ταύτης ἀδιάλυτον ἕνωσιν πονηροῖς ἐπινοήμασι διαλύειν, καὶ τοῦτο πάντως ἀκόλουθον τοῖς τοῦ πονηροῦ μηχανήμασιν· ἀλλ' ἡ τοῦ σωτῆρος ἀήττητος δύναμις ἐν τῇ πέτρᾳ τῆς πίστεως διὰ τῶν ἀποστόλων ταύτην οἰκοδομήσασα καὶ πάλιν καὶ πολλάκις τὰς τοῦ πονηροῦ μεθοδείας διαλῦσαι δεδύνηται, καὶ τοὺς ἐπιχειροῦντας τὸν θεῖον ἐκείνου χιτῶνα διαρρηγνύειν εἰκότως συντρίψει καὶ ἀφανίσει τὰ τούτων βουλεύματα. τοῦτο τὸ τῆς σῆς ἁγιότητος ἐπαινετὸν καὶ θεῖον ὄντως σπούδασμά τε καὶ βούλευμα καὶ ἡ βασιλεία ἡμῶν ἀποδεχομένη καὶ σεβάσματος ἄξιον κρίνουσα πρὸς τὴν παροῦσαν ἀπεῖδε γραφήν· παρεδήλωσε μὲν γὰρ τὸν περὶ τούτου σκοπὸν καὶ τοῖς τιμιωτάτοις ἀνδράσι τῆς σῆς ἁγιότητος, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς παρούσης γραφῆς διασημαίνει τὸ πρᾶγμα τῇ σῇ θειότητι, τὸν δὲ τρόπον τῆς ἀποδοχῆς σαφέστερον ἐπιγνῷς διὰ τοῦ ἀποσταλέντος αὐτόθι μεγαλεπιφανεστάτου καὶ πιστοτάτου ἀνθρώπου τῆς ἡμετέρας εὐσεβοῦς γαληνότητος. τὸ τῆς μέχρι τοῦ νῦν βραδυτῆτος τοῦ ἀντιγράμματος αἴτιον πολλαχόθεν ἐπιγνωσθὲν τῇ πανιέρῳ συνέσει τῆς σῆς εὐκλεεστάτης μακαριότητος, ὡς τοῦ ἡμετέρου κατὰ τῶν ἐν τῇ Ἀνατολῇ ἐχθρῶν μακρυσμοῦ καταδήλου γεγονότος καὶ αὐτοῖς τοῖς χριστιανικωτάτοις Λατίνοις τοῖς ἐκεῖσε, βραχέων ῥημάτων δηλωτικῶν ἐκ τῆς βασιλείας ἡμῶν δεηθήσεται. ἐρρώσθω ἐν κυρίῳ ἡ σὴ ἁγιότης, καὶ τῆς ἡμετέρας ὑπερευχέσθω ζωῆς. ἀπεστάλησαν τῇ ἁγιωσύνῃ σου ἑξάμιτα μεγαλόγραμμα μεγάλα δώδεκα, κοινὰ ἑξάμιτα μεγάλα δώδεκα, κατασφίκτουρα κοινὰ εἰκοσιτέσσαρα, ἐσωφόρια κοινὰ μεγάλα τέσσαρα καὶ τέσσαρα κοντάσημα δύο, τὸ ἓν ὀξὺ καὶ τὸ ἕτερον κοινὸν καὶ διρρόδινα τέσσαρα.

† Μηνὶ ἰουνίῳ ἰνδ. β' †.

† Ἀπελύθη μηνὶ ἰουνίῳ ἰνδ. β' ἀπὸ τῆς Θεοφυλάκτου πόλεως †.

† Quod a tua beatitudine, sanctissime papa, per missam imperio meo preciosissimam scripturam tuam declaratum est, rerum ueritati constitit concurrens et gravitate et magnitudine tuę sacrę prudentię uere predignum. Quid enim aliud uera ecclesię unitate conuenit nos

christianos maioris precii facere uel qua plus alia re seruire pacis datori Christo, qui usque ad nostram infirmitatem pie se ipsum exinaniuit, ut reconciliaret distantia lapsamque de beata conuersatione hominum naturam reduceret ad propriam dignitatem et superçelesti eam adduceret deo? Hę pacis diuitię et deo dilecte et hominibus diuinis mandatis obsequentibus digne zelande. Si uero et tua beatitudo totam suam intentionem pro huiusmodi unitate et pridem et nunc stabiliuit, conueniens omnino ei. Vnam enim esse ecclesiam, quam saluator sanguine proprio redemit, nulli eorum, qui diuinam scripturam docti sunt, omnino ignotum est. Sepe uero satagere malignitatis genitorem et ministrantes illius uoluntati huiusmodi ecclesię concordiam separare et ipsius indissolubilem unitatem malignis excogitationibus dissoluere, et hoc omnino consequens est maligni machinationibus. Verum saluatoris inuicta uirtus, que in petra fidei per apostolos hanc edificauit, et rursus et sepius maligni argumenta dissoluere potuit, et conantes diuinam illam tunicam discerpere conuenienter conteret atque destruet horum consilia. Hoc tue sanctitatis laudabile diuinumque uere studium atque consilium imperium quoque nostrum gratum habens et ueneratione dignum iudicans ad presentem respexit scripturam. Declarauit quidem enim super hoc intentionem suam et preciosissimis uiris tuę sanctitatis. Sed et per presentes scripturas significat rem tuę diuinitati. Modum uero acceptionis certius agnosces per missum illuc illustrissimum et fidelissimum hominem nostrę pię mansuetudinis. Nunc usque tarditatis rescripti causa nota sacerrimę prudentię tuę famosissimę beatitudinis ceu nostra dilatione contra eos, qui in orięnte sunt, inimicos manifesta facta est etiam christianissimis latinis, qui ibi sunt, breuibus uerbis declaratoriis imperio nostro indigebit. Ualeat in domino tua sanctitas, et pro nostra oret uita. Missa sunt sanctitati tue examita megalogramma magna duodecim, communia magna examita duodecim, katasphictura communia XXIIII, esophoria communia magna IIII, tessarakonta duo, unum oxy et alterum κοινὸν, et dirrodina tessara. *)

*) *Haec epistola et sequentes duae scriptae sunt in membrana violacea litteris aureis maioribus. Versio latina sequitur textum graecum.*

II. (6634—1126) aprili ind. IV.

*Imperator Ioannes Comnenus ad papam Honorium II. de unione ecclesiarum.*

Ἰωάννης ἐν Χριστῷ τῷ θεῷ πιστὸς βασιλεὺς πορφυρογέννητος, ἄναξ ὑψηλός, κραταιός, αὔγουστος καὶ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων ὁ Κομνηνός.

Ioannes in Christo deo fidelis rex porfyrogenitus, sublimis, celsus, fortis, augustus et imperator Romanorum.

Εἰς τὸν ἁγιώτατον πάπαν.

Ad sanctissimum papam.

† Δύο ταῦτα διηρημένα πράγματα περὶ πᾶσαν τὴν καθ' ἡμᾶς πολιτείαν ὁ λόγος ἐγνώρισεν, ὦ σεβασμιώτατε ἄνθρωπε καὶ τῷ θεῷ οἰκειότατε, καὶ τὸ μὲν αὐτῶν ἡ πνευματικὴ ἐξουσία ἐστίν, ἥτις ὑπὸ τοῦ μεγάλου καὶ πρώτου τῆς οἰκουμένης ἀρχιερέως, τοῦ εἰρηνικοῦ βασιλέως Χριστοῦ, τοῖς ἱεροῖς αὐτοῦ μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις ἐδόθη δῶρον ἐξαίρετον, δι' οὗ καὶ τὸν δεσμὸν καὶ τὴν λύσιν τῶν πεπραγμένων τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις οἱ ὑπηρέται τοῦ λόγου κατ' ἐξουσίαν ἐνήργουν ἀκολούθως τῷ θείῳ βουλήματι· τὸ δ' ἕτερον ἡ κοσμικὴ καὶ σωματικὴ ἐξουσία ἐστὶ νόμῳ θείῳ καὶ διατάγματι τὸ κῦρος ἔχουσα καὶ αὐτή, καθ' ὃν λόγον καὶ ὁ τῶν ὅλων δεσπότης ἀποδοθῆναι τὰ καίσαρος ἐπέτρεψε καίσαρι. ταῦτα τὰ δύο συνεκτικὰ τῆς καθ' ἡμᾶς ζωῆς πράγματα διηρημένα μὲν εἰσὶ καὶ διάφορα, καθὼς εἴρηται, ἑνούμενα δὲ καὶ συναρμοζόμενα λυσιτελέστερά γίνεται, θατέρου τῷ ἑτέρῳ προσβοηθοῦντος καὶ ἀναπληροῦντος ἑκατέρου τὸ τοῦ ἑτέρου ὑστέρημα. ἐντεῦθεν τινὲς καὶ τὸ ἐν εὐαγγελίῳ παρὰ τοῦ κορυφαιοτάτου τῶν μαθητῶν περὶ τῶν δύο μαχαίρων εἰρημένον, ἃς ἱκανὰς τυγχάνειν ἀντέφη ὁ σωτὴρ, πρὸς τὰς δύο ταύτας ἀρχὰς ἐξελάβοντο, ἅτε τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων δεομένων ὁμοίως ἀμφοῖν τῶν ἐξουσιῶν. ὅσῳ τοίνυν διὰ τῆς ἑνώσεως ἀμφοτέρων μέγα τι πρὸς τὴν ἀνθρωπίνην ζωὴν ἀγαθὸν ὁ λόγος συνάγει πληρούμενον, τοσούτῳ καὶ τὸ διαιρεῖσθαι ταυτὶ τὰ συστατικὰ τῆς ἡμετέρας ζωῆς μέγα τι κακὸν ἀποτελεῖ καὶ ὀλέθριον. ἡ δὲ σὴ μακαριότης ὀρθῶς ἐπιστατοῦσα τοῖς πράγμασι εἰκότως σπουδάζει συνάπτειν ἑκάτερα, καθὼς τοῦτο

καὶ διὰ τῶν φρονιμωτάτων ἀποκρισιαρίων τῆς σῆς ἁγιότητος καθαρῶς ἐγνωρίσαμεν, οἷς τὴν ἐξουσίαν τῶν περὶ τῆς μέσων ἡμῶν γνησιωτάτης ἑνώσεως συμφωνιῶν ἐλευθέρως ἀνέθετο καὶ διὰ τῆς τοιαύτης ἐπαινουμένης ἀρχῆς τὸ πᾶν συνεπλήρωσεν. ἐπεὶ γοῦν καὶ ἡ ἡμετέρα εὐσέβεια κατ' ἴχνος ἑπομένη τῇ σῇ ἁγιότητι τὰ παρ' ἑαυτῆς συνεισήνεγκεν εἰς ἐκπλήρωσιν τοῦ τοιούτου σωτηρίου ὁπουδάσματος, καθὼς καὶ διὰ τῶν σῶν φρονιμωτάτων μαθήσῃ πρέσβεων καὶ διὰ τῶν σὺν αὐτοῖς ἀποσταλέντων ἐπιφανῶν ἀνδρῶν ἐκ τοῦ κράτους ἡμῶν, λείπεται ἄρα καὶ τὸ τὴν σὴν ὑψηλοτάτην μακαριότητα τὴν καταρξαμένην τοῦ τοιούτου ἐπιχειρήματος καὶ τὸ ἐπισφράγισμα θέσθαι τῇ ἐνάρξει κατάλληλον. εἰ δὲ καὶ σωματικῶς ἡμᾶς ἑνωθῆναι καὶ πρὸς τὴν τῶν ἐκκλησιῶν ξύνωσιν ὡς δυνατὸν συμπονῆσαι καὶ ἀποτελέσαι ταύτην ὁ τῆς εἰρήνης βραβευτὴς εὐδοκήσειεν, εἴη ἂν καὶ τοῦτο τῆς θείας φιλανθρωπίας μέγιστον εὐεργέτημα. ἐρρώσθω κατὰ ψυχήν τε καὶ σῶμα ἡ σὴ τιμιότης, καὶ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ὑπερευχέσθω θερμότερον. † Μηνὶ ἀπριλλίῳ ἰνδ. δ' †.

† Ἀπελύθη ἀπὸ τῆς θεοφυλάκτου πόλεως μηνὶ ἀπριλλίῳ ἰνδ. δ' †.

† Duas istas diuisas res circa omnem nostram conuersationem ratio nouit, o uenerabilissime homo deoque familiarissime. Et hęc quidem earum spiritualis potestas est, quę a magno et primo mundi pontifice, pacifico rege Christo, sacris eius discipulis et apostolis data est donum precipuum, per quod et uinculum et solutionem gestorum omnibus hominibus ministri sermonis secundum potestatem operabantur consequenter diuinę uoluntati. Altera uero mundana corporalisque potestas lege diuina ac dispositione auctoritatem habens etiam ipsa, secundum quam rationem et omnium dominus reddi, quę sunt cęsaris, iussit cęsari. Hę duę copulatiuę nostrę uitę res diuisę quidem sunt ac diuersę, sicut predictum est, unitę uero atque connexę commodiores fiunt, altero alterum adiuuante et supplente utroque alterius defectum. Hinc quidam et quod in euangelio a summo discipulorum de duobus gladiis dictum est, quos satis esse dixit saluator, ad hos duos principatus assumpsere, quasi nostris rebus indigentibus pariter ambabus potestatibus. Quanto ergo per unionem ambarum magnum quid

ad humanam uitam bonum ratio collegit compleri, tanto etiam diuidi hec constitutoria nostrę vitę magnum quid malum perficit ac perniciosum. Tua uero beatitudo recte prestans rebus, competenter satage copulare utraque, uelut hoc etiam per prudentissimos legatos tue sanctitatis pure cognouimus, quibus potestatem de inter nos familiarissimę unionis conuenientiis libere tradidit et per huiusmodi laudabile principium omne compleuit. Quia igitur et nostra pietas e uestigio sequens tuam sanctitatem sua subintulit ad expletionem huiusmodi salutaris studii, sicut etiam per tuos prudentissimos disces legatos et per cum eis missos illustres uiros ex imperio nostro, restat utique tuam quoque precelsam beatitudinem, quę cępit huiusmodi cęptum, finem quoque ponere cęptui competentem. Si uero corporaliter quoque nos uniri et ad ecclesiarum unitionem, sicut possibile est, collaborare ac perficere hanc pacis largitor uelit, sit hoc quoque diuinę pietatis maximum beneficium. Valeat secundum animam simul et corpus tua preciositas, et pro nostra pietate feruentius oret. † Missa ab a deo custodita ciuitate mense aprili quartę indictionis. † Μηνὶ ἀπριλλίῳ ἰνδ. δ' †.

## III. (6654—1146). augusto ind. IX.

*Imperator Manuel Comnenus papae Eugenio III. pollicetur, se auxiliaturum esse Ludovico VII., Franciae regi, profecto in Terram Sanctam.*

Μανουὴλ ἐν Χριστῷ τῷ θεῷ πιστὸς βασιλεὺς πορφυρογέννητος, ἄναξ ὑψηλὸς, κραταιὸς, αὔγουστος καὶ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων ὁ Κομνηνός. Manuel in Christo Deo fidelis Rex Porphyrogennitos, altus, sublimis, fortis, augustus Imperator Romanorum ὁ Κομνηνός.

† Πρὸς τὸν ἁγιώτατον πάπαν. Ad sanctissimum papam.

† Ἁγιώτατε πάπα· τὸ μετὰ τῶν φρονιμωτάτων ἀποκρισιαρίων τοῦ πανευγενεστάτου ῥηγὸς Φραγγίας σταλὲν τῇ βασιλείᾳ μου γράμμα τῆς σῆς ἁγιότητος διεκομίσθη καὶ ὑπανεγνώσθη αὐτῇ, ὅπερ ἐδήλωσε περὶ τοῦ ῥηθέντος πανευγενεστάτου ῥηγὸς Φραγγίας, ὅτι ἐκίνησε μετὰ

καὶ ἑτέρων ἐνδόξων οὐκ ὀλίγων ἀνδρῶν εἰς τὴν ὁδὸν τοῦ θεοῦ δι' ἐκδίκησιν τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν καὶ διὰ τὸ κατασχεθῆναι τὴν Ἔδεσσαν παρὰ τῶν ἀθέων ἐχθρῶν τοῦ θεοῦ· ἀναμαθοῦσα οὖν ἡ βασιλεία μου τὴν τοιαύτην συγκίνησιν μεγάλως αὐτὴν ἀπεδέξατο ὡς εἰς ὠφέλειαν τῶν χριστιανῶν γενησομένην καὶ κατάπτωσιν καὶ ἀφανισμὸν τῶν ἀθέων ἐχθρῶν τοῦ θεοῦ, καὶ ἑτοίμη ἐστὶ καὶ ἡ βασιλεία μου εἰς τὸ ἀποδέξασθαι τούτους καλῶς καὶ πόρους αὐτοῖς εὐτρεπίσαι καὶ πανηγύρια· πλὴν θέλει καὶ ἡ βασιλεία μου, ἵνα καὶ ἐκεῖνοι τὰ εἰς τιμὴν ταύτης ποιήσωσι, καθὼς ἐποίησαν καὶ οἱ προδιελθόντες Φράγγοι εἰς τὸν ἐν βασιλεῦσι ἀοίδιμον πάππον τῆς βασιλείας μου. ἀγωνισθήτω οὖν πρὸς τοῦτο καὶ ἡ ἁγιωσύνη σου, ὡς ὅλη θεοῦ χάριτι χρηματίζουσα τοῦ θελήματος τοῦ θεοῦ· ἡ δὲ βασιλεία μου σφόδρα ἐθαύμαζε, πῶς μέχρι τοῦ νῦν οὐκ ἀπέστειλεν ἀποκρισιαρίους πρὸς αὐτὴν ἡ ἁγιωσύνη σου, καὶ περὶ τῶν θεοπαρόχων αὐτῆς ὑγιῶν τῇ βασιλείᾳ μου [οὐκ] ἔγραφεν· μεγάλην γὰρ πρὸς αὐτὴν ἡ βασιλεία μου πίστιν καὶ διάθεσιν κέκτηται διὰ τὴν ἐπανθοῦσαν αὐτῇ τῶν ἀρετῶν κοσμιότητα. ἡ δὲ ἁγία εὐχὴ τῆς ἁγιωσύνης σου χαρισθείη τῇ βασιλείᾳ μου. ἔρρωσο, ἁγιώτατε πάπα. † Μηνὶ αὐγούστῳ ἰνδ. θ' †.

---

† Ἀπελύθη ἀπὸ τῆς θεοφυλάκτου μεγάλης πόλεως μηνὶ αὐγούστῳ ἰνδ. θ' †.

† Sanctissime papa. Cum prudentissimis apocrisiariis nobilissimi regis Francię missa imperio meo littera tuę sanctitatis delata est atque sublecta ei, quę declarabat de predicto prenobilissimo rege Francię, quia mouit cum aliis quoque nobilibus non paucis uiris in uiam dei propter ultionem sanctarum ecclesiarum et quia detinetur Edessa ab impiis inimicis dei. Cum didicisset ergo imperium meum huiusmodi motionem, maxime eam gratam habuit uelut in utilitatem christianorum futuram et ruinam et disparitionem inimicorum dei, pręstoque est imperium meum ad omnes bene recipiendum et transitus eis et panegyria, id est uenalium copiam, preparare. Uerumtamen uult et imperium meum, ut ipsi, quę sunt ad honorem ipsius, faciant, sicut fecerunt et prius egressi Franci ad in imperatoribus memorabilem auum imperii mei. Certet igitur ad hoc et tua sanctitas, sicut quę

tota est dei gratia dei uoluntatis. Imperium uero meum ualde mirabatur, quomodo nunc usque non misit apocrisiarios ad ipsum tua sanctitas, et de concessis a deo sibi salutibus non scripsit imperio meo. Magnam enim ad eam fidem et affectionem possidet propter florentem in ea uirtutum ornatum. Sancta uero oratio tue sanctitatis donetur imperio meo. Ἔρρωσο id est vale, agiotate id est sanctissime papa. Missa est ab a deo custodita ciuitate mense augusto indictione nona †.

## IV. 6785 (1277) aprili ind. V.

*Imperator Michaël Palaeologus litteris datis ad papam Ioannem XXI. fidem orthodoxam profitetur ad normam ecclesiae romanae.*

Sancti spiritus nobis adsit gratia. amen.

† Sanctissimo et beatissimo primo et summo pontifici, apostolice sedis et uniuersali pape ac communi omnium christianorum patri et reuerentissimo patri imperij nostri, domino Gregorio, Michaël in Christo deo fidelis imperator et moderator Romeorum, Ducas Angelus Comnenus Paleologus, spiritualis filius magne sanctitatis uestre, conuenientem honorem et reuerenciam cum sincera et pura affeccione et orationum postulacionem. Quoniam missi sunt a magnitudine vestra ad imperium nostrum nuncij deo placentis ordinis minorum, uidelicet frater Ieronimus de Esculo, frater Raimundus Beringarius, frater Bonagracia de Sancto Iohanne in Perseceto et frater Bonauentura de Mugello, et optulerunt litteras uestre magne sanctitatis, in quibus cum alijs et de professione fidei, quam docet et predicat et confitetur sancta ecclesia romana, continebat, et oportebat in hiis magis responsionem nos conuenienter facere, ecce hoc facit imperium nostrum. Habet autem professio fidei in diccionibus taliter. Credimus sanctam trinitatem, patrem et filium et spiritum sanctum, vnum deum omnipotentem totamque in trinitate deitatem coessentialem et consubstantialem, coeternum et coomnipotentem, unius uoluntatis, potestatis et maiestatis, creatorem omnium creaturarum, a quo omnia, per quem omnia, in quo omnia; que sunt in celo et in terra uisibilia et inuisibilia, corporalia et spiritualia. Credimus singulam quamque in sancta trinitate perso-

nam unum uerum deum plenum et perfectum. Credimus ipsum filium dei, verbum dei eternaliter natum de patre, consubstantialem, coomnipotentem et equalem per omnia patri in diuinitate; temporaliter natum de spiritu sancto et Maria semper virgine cum anima rationali, duas habentem natiuitates, unam ex patre eternam, alteram ex matre temporalem, deum uerum et hominem uerum proprium in utraque natura atque perfectum, non adoptiuum neque fantasmaticum *), set unum et unicum filium dei in duabus et ex duabus, diuina scilicet et humana, naturis, set in unius persone singularitate inpassibilem et inmortalem diuinitate, set in humanitate pro nobis et pro salute nostra passum uera carnis passione, mortuum et sepultum, et descendisse ad inferos ac tertia die resurrexisse a mortuis uera carnis resurreccione, die quadragesimo post resurreccionem cum carne, qua resurrexit, et anima ascendisse in celum et sedere ad dexteram patris, inde uenturum iudicare uiuos et mortuos et redditurum unicuique secundum opera sua, siue bona fuerint, siue mala. Credimus eciam spiritum sanctum plenum et perfectum uerumque deum ex patre et filio procedentem coequalem, coessencialem et coomnipotentem et coeternum per omnia patri et filio. Credimus hanc sanctam trinitatem non tres deos, set unum deum omnipotentem, eternum, inuisibilem et incommutabilem. Credimus sanctam catholicam et apostolicam unam esse ecclesiam ueram, in qua unum datur baptisma et uera omnium remissio peccatorum. Credimus eciam ueram resurreccionem eiusdem carnis, quam nunc gestamus, et uitam eternam. Credimus eciam noui et ueteris testamenti, legis ac prophetarum et apostolorum unum esse auctorem deum ac dominum omnipotentem. Hec est uera fides catholica, et hanc super dictis articulis tenet et predicat sacrosancta romana ecclesia. Set et propter diuersos errores a quibusdam ex ignorancia et ab alijs ex malicia introductos dicit et predicat eos, qui post baptismum in peccata labuntur, non rebaptizandos, set per ueram penitenciam suorum posse consequi ueniam peccatorum. Quod si uere penitentes in caritate decesserint, antequam dignis penitencie fructibus de commissis satisfecerint et omissis, eorum animas penis purgatorijs, hoc est catharterij, quem-

*) Reliqua tria exemplaria ex correctione fantasticum.

admodum frater Iohannes nobis notificauit, post mortem purgari, et ad penas huiusmodi releuandas prodesse eis fidelium uiuorum suffragia, missarum scilicet sacrificia, oraciones et elemosinas et alia pietatis officia, que a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueuerunt secundum ecclesie instituta. Illorum igitur animas, qui post sacrum baptisma susceptum nullam omnino maculam incurrerunt, illas etiam, que post contractam peccati maculam uel in suis manentes corporibus uel eisdem exute, prout superius dictum est, sunt purgate, in celum mox recipi, illorum autem animas, qui in mortali peccato uel cum solo originali decedunt, mox in infernum descendere, penis tamen disparibus puniendas eadem sancta romana ecclesia credit et predicat et firmiter asseuerat et quod nichilominus in die iudicij omnes homines ante tribunal Christi cum suis corporibus comparebunt, reddituri de factis proprijs racionem. Tenet eciam et docet eadem romana ecclesia, septem esse ecclesiastica sacramenta, vnum uidelicet baptisma, de quo dictum est supra. Aliud est sacramentum confirmacionis, quod per manus imposicionem episcopi conferunt chrismando renatos. Aliud est penitentie, aliud est eucharistia, aliud est sacramentum ordinis, aliud est matrimonij, aliud est extrema unccio, que secundum doctrinam beati Iacobi infirmantibus exhibetur. Sacramentum eucharistie ex azimo conficit eadem romana ecclesia, tenens et docens, quod in ipso sacramento panis uere transsubstantiatur in corpus et uinum in sanguinem domini nostri Iehesu Christi. De matrimonio uero tenet, quod nec vnus vir simul plures vxores, nec vna mulier simul habere permittitur plures viros, soluta uero lege matrimonij per mortem alterutrius coniugum secundas et tercias et deinde nupcias successiue licitas esse dicit, si impedimentum canonicum ex causa alia non obsistat. Ipsa quoque sacrosancta romana ecclesia summum et plenum primatum et principatum super vniuersam catholicam ecclesiam obtinens, quem se ab ipso domino in beato Petro, apostolorum principe seu uertice, cuius romanus pontifex est successor, cum potestatis plenitudine ueraciter recepisse ac humiliter recognoscit, et sicut pre ceteris tenetur fidei ueritatem defendere, sic et si que de fide suborte fuerint questiones, suo debent iudicio diffinirj, ad quam potest grauatus quilibet in negocijs ad forum ecclesiasticum pertinentibus appellare, set et in omnibus causis ad examen ecclesia-

τε καὶ εὐμενεῖς αὐτῷ τῷ δεσπότῃ καὶ ἄκρῳ ἀρχιερεῖ καὶ τοῖς αὐτοῦ διαδόχοις. ἐπεὶ δὲ τὸ πολὺ τοῦ καιροῦ ἐσκλήρυνέ τε καὶ ἐβάρυνε τὰς καρδίας τοῦ λαοῦ, καὶ μόλις ἂν δύναιντο τῶν εἰωθότων ἐκσπαθῆναι καὶ διὰ καινῆς ὁδοῦ χωρῆσαί τε καὶ βαδίσαι, εἰ μὴ μετὰ τρόπου σοφίας καὶ ῥυθμῷ συνέσεως, τὸν ἑπόμενον τουτονὶ τρόπον ἀπεφηνάμην, ἐπεξείργασμαί τε καὶ κατέστησα μετ' αὐτοῦ τοῦ αἰδεσίμου ἐν Χριστῷ πατρὸς, ἀρχιεπισκόπου Σμύρνης, καὶ μετὰ τοῦ οἰκείου τῆς βασιλείας μου μεγάλου ἑταιρειάρχου, κυροῦ Νικολάου τοῦ Σιγηροῦ, δι' ὧν ἐμαυτὸν ποιήσοντα, φυλάξοντά τε καὶ ἐκπληρώσοντα τὰ προρρηθέντα ὑπεσχέθην τε καὶ ἐπήγγελμαι, τουτέστιν ἵνα ἐπαναπέμψῃ ὁ προειρημένος ἁγιώτατος πατὴρ αὐτὸν τὸν ἀρχιεπίσκοπον Σμύρνης καὶ τὸν προδηλωθέντα οἰκεῖον ἡμῖν μετὰ κατέργων τριῶν, καὶ ὅταν ἔλθωσιν οὗτοι εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν, μὰ τὸν ὅρκον, ὃν ἐποίησα, ὑπόσχομαι δοῦναι τὸν υἱόν μου, τὸν ἐνδοξότατον καὶ πανευτυχέστατον δεσπότην, κῦρον Μανουὴλ τὸν Παλαιολόγον, τῷ διαληφθέντι ἀρχιεπισκόπῳ, τοῦτον δὲ ἄξει οὗτος εἰς αὐτὸν τὸν δεσπότην ἡμῶν τὸν πάπαν μετὰ ἑνὸς κατέργου, ἀφήσει μοι δὲ κάτεργα δύο, ἁρματώσει δὲ καὶ ἕτερα δύο εἰς τὰ μέρη ταῦτα, καὶ ἀφήσει ταῦτα ὑπὸ τὸν ἡμέτερον ὁρισμὸν εἰς δεφένδευσιν τῶν μερῶν τούτων. ἔτι ἵνα ὁ δεσπότης ὁ πάπας τάχιον ὅσον δύναται μετὰ τὸ λαβεῖν τὸν υἱόν μου ἐν ταῖς οἰκείαις χερσὶν ἀποστείλῃ μοι σκέρια πεντεκαίδεκα μετὰ καβαλλαρίων τετρακοσίων καὶ ἄλλους ἑκατὸν καβαλλαρίους μετὰ καραβίων καὶ χιλίους πεζοὺς, ὥστε γενέσθαι τὸ ὅλον φοσσάτον σκέρια πεντεκαίδεκα, κάτεργα λεπτὰ πέντε, καβαλλαρίους πεντακοσίους καὶ χιλίους πεζούς· ὅταν δὲ ἔλθοι τὸ τοιοῦτον φοσσάτον εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν διὰ τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ, ἵνα ᾖ εἰς τὸν ἡμέτερον ὁρισμὸν τοῦ μάχεσθαι κατὰ τῶν Τούρκων καὶ τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν τῶν Ῥωμαίων μέχρι καὶ μηνῶν ἓξ, ἐν ᾧ δὴ καιρῷ δώσει ὁ λεγάτος τοῦ δεσπότου ἡμῶν τοῦ πάπα εὐεργεσίας καὶ ἀξιώματα ἐκκλησιαστικὰ ἀνθρώποις Ῥωμαίοις ἱκανοῖς, οἵτινες ἂν ἑκουσίως εἰς ἕνωσιν καὶ ὑπακοὴν ἐπιστρέψωσι τῆς ἐκκλησίας, καθὼς ἂν κρεῖττον δόξει αὐτῷ τε καὶ ἡμῖν· ἔνθα δὲ μεταξὺ τῶν ἓξ μηνῶν μετὰ τὸ φθάσαι ἐν Κωνσταντινουπόλει τὸ φοσσάτον διὰ τῶν εὐεργεσιῶν καὶ χαρίτων οὐδαμῶς θελήσουσι ἑκουσίως οἱ Ῥωμαῖοι εἰς τὴν ὑπακοὴν ἐπιστρέψαι τῆς ἐκκλησίας, ὅπερ οὐ πιστεύομεν, ὑποσχόμεθα ἀπὸ τοῦ νῦν ὑπὲρ τοῦ

τότε, ἵνα ποιήσωμεν μετὰ τῆς βουλῆς τε καὶ διαγνώσεως τοῦ λεγάτου τοῦ δεσπότου τοῦ πάπα, ἵνα πάντη γένωνται ὑπήκοοι. ἔτι δώσομεν τῷ λεγάτῳ τοῦ δεσπότου ἡμῶν τοῦ πάπα ὀσπήτιον μέγα, ἐν ᾧ ἂν αὐτὸς μετὰ τῶν οἰκείων κατοικῇ, καὶ οὕτως ἀκολούθως ᾖ αὐτὸ τοῦ δεσπότου τοῦ πάπα καὶ τῶν λεγάτων αὐτοῦ εἰς τὸ διηνεκές. ἔτι δώσομεν αὐτῷ περικαλλῆ καὶ ἔντιμον ἐκκλησίαν, ἐν ᾗ αὐτὸς ὁ λεγάτος καὶ οἱ μετ' αὐτὸν ἐλευσόμενοι παρὰ τοῦ δεσπότου τοῦ πάπα ὡς ἐν ἰδίᾳ ἐκκλησίᾳ ἐκτελῶσι τήν τε ἐκκλησιαστικὴν ἀκολουθίαν καὶ τὰ θεῖα μυστήρια. ἔτι δώσω τῷ πρωτοτόκῳ μου υἱῷ ἕνα διδάσκαλον λατῖνον, ἵνα διδάσκῃ τοῦτον τά τε γράμματα καὶ τὴν λατινικὴν γλῶσσαν ἀπὸ βουλῆς τε καὶ γνώμης τοῦ προδηλωθέντος λεγάτου. ἔτι δώσω τρία μεγάλα ὀσπήτια, ἐν οἷς ἵνα κρατῶνται διδασκαλεῖα λατινικῶν γραμμάτων, ἐγὼ δὲ δώσω ἔργον ἐντελὲς καὶ ἐπίθαλψιν μετὰ καθαρᾶς καρδίας, ἵνα οἱ τῶν ἐνδόξων καὶ εὐπόρων Ῥωμαίων παῖδες ἀπέρχωνται ἐπὶ τῷ μανθάνειν λατινικὰ γράμματα. εἰ δὲ συμβῇ μὴ φυλάξαι με τὰ προρρηθέντα πάντα καὶ ἕκαστα, ὅπερ ἀπείη, καὶ ἀποστρεφάτω ὁ θεὸς τοσοῦτον κακὸν ἀπ' ἐμοῦ, ἀπὸ τοῦ νῦν ὑπὲρ τοῦ τότε τῇ βασιλικῇ ἀδείᾳ κρίνω ἐμαυτὸν ἀνάξιον τῆς βασιλείας, ἀποστερῶν ἐμαυτὸν τῶν βασιλικῶν δικαίων, καὶ μεταφέρω, δίδωμι, ἐκχωρῶ τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἐξουσίαν τῆς τε βασιλείας καὶ τοῦ βασιλεύειν εἰς τὸν προρρηθέντα υἱόν μου καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν ὑπὲρ τοῦ τότε καθιστῶ, ποιῶ, δημιουργῶ καὶ τάττω αὐτὸν εἰς βασιλέα τε καὶ αὐτοκράτορα τῶν Ῥωμαίων. ἔτι, εἴπερ συμβῇ τοῦτο, ὅπερ ἀπεύχομαι, ἀπὸ τοῦ νῦν ὑπὲρ τοῦ τότε δίδωμι, ἐκχωρῶ καὶ μεταφέρω τὸ δίκαιον τῆς πατρικῆς ἐξουσίας εἰς τὸν προειρημένον δεσπότην, τὸν ἄκρον ἀρχιερέα ἐπάνω τοῦ τοιούτου υἱοῦ μου, ὃν ἀπὸ τοῦ νῦν ὑπὲρ τοῦ τότε ὑποτάττω τῇ αὐτοῦ ἐξουσίᾳ, παρέχων αὐτῷ καὶ διδοὺς αὐτὸν εἰς υἱοθεσίαν κατὰ πάντα τρόπον καὶ τύπον, οἷς ἂν κρεῖττον ἀπὸ τῶν νόμων δύναμαι. ἔτι δίδωμι, ἐκχωρῶ καὶ παραδίδωμι ἐξουσίαν καὶ ἄδειαν αὐτῷ τῷ δεσπότῃ καὶ ἄκρῳ ἀρχιερεῖ, ἵνα δύνηται κτᾶσθαι, ἀπαιτεῖν, ἀναζητεῖν τε καὶ ἐπαίρειν τὴν βασιλείαν ἡμῶν ὑπὲρ τοῦ ῥηθέντος υἱοῦ μου ὡς ὑπὲρ ἀληθοῦς καὶ νομίμου βασιλέως καὶ διδόναι αὐτῷ γυναῖκα, παιδαγωγοὺς, φύλακάς τε καὶ ἐπιτρόπους μέχρι τοῦ παρὰ τῶν νόμων τεταγμένου χρόνου, καὶ ἵνα δύνηται τάττειν καὶ καθιστᾶν εἰς τὴν τοιαύτην βασιλείαν, ὡς εἰς βασιλείαν αὐτῷ ἀπὸ δικαίου ἀνήκουσαν τῷ

δικαίῳ καὶ ὀνόματι τοῦ προειρημένου υἱοῦ μου, ὃν ἀπὸ τοῦ νῦν ὑπὲρ τοῦ τότε τῆς ἰδίας ἡμῶν πατρικῆς ἐξουσίας λύομέν τε καὶ ἐλευθεροῦμεν καὶ εἰς πατρικὴν ἐξουσίαν κατὰ υἱοθεσίαν αὐτῷ τῷ δεσπότῃ τῷ πάπᾳ ὑποτάττομεν καὶ χαριζόμεθα, ἀποβαλλόμενοι πᾶσαν παραγραφήν, ἣν ἂν κατὰ τῶν προρρηθέντων ἀντιτείνειν δυναίμεθα, καὶ νόμον καὶ δίκαιον, οἷς πρὸς ἡμετέραν ἀγωγήν τε καὶ βοήθειαν, εἴπερ οὐ φυλάξομεν καὶ πληρώσομεν τὰ προρρηθέντα, οἷοί τε ἂν ὦμεν. ἔτι εἴπερ συμβῇ, ἵνα ἔλθοι ὁ προρρηθεὶς ἀρχιεπίσκοπος μετὰ τριῶν κατέργων ἢ πλειόνων, καὶ οὐδὲν δώσομεν ἡμεῖς αὐτῷ τὸν δηλωθέντα υἱὸν ἡμῶν, ἵνα ἀγάγοι αὐτὸν εἰς τὸν δεσπότην ἡμῶν, τὸν ἄκρον ἀρχιερέα, ἐνόχους ἡμᾶς αὐτοὺς ποιοῦμεν καὶ πάντα τὰ ἀγαθὰ ἡμῶν καὶ πάντας τοὺς Ῥωμαίους ἡμῶν καὶ τὰ ἀγαθὰ αὐτῶν, ἵνα δύνηται ὅ τε δεσπότης ὁ πάπας καὶ οἱ ἄνθρωποι καὶ ἐπίτροποι αὐτοῦ ζητεῖν καὶ ἐπαίρειν ἐπάνω τῶν τοιούτων ἀγαθῶν τε καὶ ἀνθρώπων μέχρι καὶ τιμήματος φλωρίων τετρακισχιλίων ὑπὲρ ἑκάστου κατέργου, ὅπερ ἂν ὁ προρρηθεὶς ἀρχιεπίσκοπος καὶ ὁ δηλωθεὶς οἰκεῖος ἡμῖν ἀγάγοιεν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐν παντὶ τόπῳ καὶ ὑφ' ἑκάστῳ κριτῇ καὶ ἐκκλησιαστικῷ καὶ πολιτικῷ ἐν τῷ Γαλατᾷ, ἐν τῇ Ῥόδῳ, τῇ Χίῳ καὶ Κύπρῳ καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις τόποις, μὴ ἐναντιουμένης παραγραφῆς τινος ἢ δικαίου, ᾧπερ ἂν ἡ ἡμεῖς ἢ οἱ ἡμέτεροι Ῥωμαῖοι δυναίμεθα βοηθεῖσθαι πρὸς τὸ μὴ ἀπεκβαλεῖν τὴν τοιαύτην τῶν φλωρίων ποσότητα· εἰ δὲ συμβῇ πληρῶσαί με πάντα τὰ ἀναγεγραμμένα, θέλω, ἵνα βοηθῇ μοι ὁ δεσπότης ὁ πάπας κατὰ πάντων τῶν ἐχθρῶν μου καὶ μάλιστα τῶν ἀπίστων μετὰ μείζονος φοσσάτου καὶ πλήθους χριστιανῶν, ὅπερ ἂν ἀνθίστασθαι δύναιτο τῷ τῶν ἀπίστων πλήθει καὶ διώκει(ν) αὐτοὺς ἀπὸ τῆς γῆς τῶν χριστιανῶν, ἣν ἀδίκως καθ' ἁρπαγὴν τῇ αὐτῶν ἀπιστίᾳ ὑπέταξαν. ἔτι ἵνα ὁ δεσπότης ἡμῶν ὁ πάπας προμηθεύσηται ἡμᾶς εἰς ἐξόδους γενησομένους καὶ ῥόγαν διδομένην εἰς τὸ φοσσάτον, ἐπεὶ ἡ βασιλεία μου οὐδαμῶς δύναται κατὰ τὸ παρὸν πολλὰς ἐξόδους ὑφίστασθαι. ἔτι ἵνα ὦ ἐγὼ ἀρχικὴ κεφαλή, σημαιοφόρος τε καὶ φλαμουλάριος τῆς ἁγίας μητρὸς ἐκκλησίας μετὰ καθαροῦ καὶ μεμιγμένου κράτους καὶ πλήρους ἐξουσίας ἐπάνω παντὸς τοῦ φοσσάτου τῶν χριστιανῶν, οἵτινες ἂν διαπεράσωσιν εἰς τὰ ἐνταῦθα τῆς θαλάσσης μέρη ἢ ῥογευθέντες παρὰ τῆς ἐκκλησίας ἢ παρ' ἄλλων, προστάγματι καὶ συγγνώμῃ τῆς ἐκκλησίας,

ἢ οἵτινες ἂν ἔλθοιεν ἑκουσίως ὑπὲρ σωτηρίας τῶν ἰδίων ψυχῶν. ἔτι εἴπερ συμβῇ ἵνα πληρώσω πάντα τὰ ἀναγεγραμμένα, ἵνα ὁ δεσπότης ἡμῶν ὁ πάπας ἐπαναπέμψῃ τὸν υἱόν μου μετὰ τιμῆς καὶ ἑτοιμασίας τῆς προσηκούσης. νοητέον δὲ, ὡς εἴπερ ἴσως τὰ ἀναγεγραμμένα πάντα καὶ ἕκαστα οὐδαμῶς πληρώσω, στερήσει δυνάμεως, οὐ θελήσεως, ἀπέλθω δὲ σωματικῶς εἰς αὐτὸν τὸν δεσπότην ἡμῶν τὸν πάπαν, τηνικαῦτα ἵνα ἐνέχηται ὁ δεσπότης ὁ πάπας δεφενδεύειν καὶ βοηθεῖν μοι ἐπὶ τῷ ἐπαναλαμβάνειν τὴν βασιλείαν μου, ὥσπερ ἔμελλε ποιήσειν ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ μου εἰς τὴν αὐτοῦ παρουσίαν, ἐμοῦ σωματικῶς μὴ ἀπελθόντος, καὶ οὐδόλως ὀφθήσομαι ἐμπεπτωκὼς εἰς ζημίαν ἢ ἐναντιωθείς, εἴπερ ἀνάγκῃ ἀδυναμίας καὶ οὐ θελήσεως τὰ προρρηθέντα πάντα οὐ πληρώσω. εἰς ὧν πάντων ἀσφάλειαν καὶ καθαρότητα πληρεστάτην τὸ παρὸν ὁρκωμοτικὸν χρυσόβουλλον γενέσθαι προσέταξεν ἡ βασιλεία μου τῇ ἡμετέρᾳ χειρὶ γράμμασιν ἐρυθροῖς τὸν εἰωθότα τρόπον ὑπογραφὲν καὶ χρυσῇ βούλλῃ τῆς βασιλείας μου κάτωθεν ἀπημωρημένῃ βεβαιωθέν. γέγονεν ἐν τῇ μεγάλῃ πόλει Κωνσταντινουπόλει ἐν τῷ ἡμετέρῳ τῶν Βλαχερνῶν ἱερῷ παλατίῳ ἔτει ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως ἑξακισχιλιοστῷ ὀκτακοσιοστῷ ἑξηκοστῷ τετάρτῳ, ἀπὸ δὲ τῆς τοῦ κυρίου γεννήσεως χιλιοστῷ τριακοσιοστῷ πεντηκοστῷ πέμπτῳ, ἡμέρᾳ πεντεκαιδεκάτῃ τοῦ δεκεβρίου †.

† Ἰωάννης ἐν Χριστῷ τῷ θεῷ πιστὸς βασιλεὺς καὶ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων ὁ Παλαιολόγος

---

† Ego Ioannes in Christo deo fidelis imperator et moderator Romeorum Paleologus iuro ad sancta dei euangelia tactis sacrosanctis scripturis et per sanctam trinitatem, patrem et filium et spiritum sanctum, vnum uerum deum et tres personas et per Ihesum Christum deum nostrum et saluatorem et per virginem Mariam dei genitricem et per sanctam et viuificam crucem Christi et per sanctos apostolos et omnes alios sanctos, quod absque dolo, fraude et defectu toto meo posse omnibus uiribus meis et cuncto conatu seruabo firmiter et integre et implebo ego ipse et per alios faciam adimpleri et obseruari omnia ista et singula, que sequuntur, que promisi reuerendissimo in Christo patri

archiepiscopo Smirnensi domino Paulo nomine et uice sanctissimi in Christo patris et domini domini Innocentii, diuina prouidentia sacrosancte romane ac vniuersalis ecclesie pape sextj, et ita deus et omnes eius sancti me adiuuent, sicut ego obseruabo et adimplebo et faciam per alios obseruari et adimpleri omnia et singula, que sequuntur. In primis, quod ero fidelis, obediens, reuerens et deuotus beatissimo patri et domino domino Innocentio, sacrocancte romane ac vniuersalis ecclesie ex digna dei prouidentia summo pontifici et eius successoribus, et obseruabo et percomplebo debitam obedientiam et reuerentiam ad ipsum sanctissimum papam et eius successores, et recipiam legatos et nuntios suos cum omni reuerentia et deuotione. Item, quod faciam toto posse meo et toto conatu, quod omnes populi sub nostro imperio constituti et nostre iurisdicioni subiecti, siue sint laici sine clerici, cuiuscumque conditionis et status aut dignitatis existant, erunt fideles, obedientes, reuerentes et deuoti eidem domino summo pontifici et eius successoribus. Et quia diuturnitas temporis indurauit et agrauauit animos populorum, et vix possent a consuetis retrahi et per uiam nouam incedere seu dirigi, nisi cum modo sapiencie et moderacione prudencie, istum modum, qui sequitur, deliberaui, tractaui et ordinaui cum eodem venerabili patre archiepiscopo Smyrnensi et cum dilecto familiari et megateriarchi imperij nostri, D. Nicolao Sygeros, per quos me facturum, obseruaturum et consecuturum predicta promisi et spopondi, videlicet quod predictus sanctissimus pater remittat eundem archiepiscopum Smirnensem et predictum familiarem nostrum cum galeis tribus, et quando ipsi uenerint in Constantinopolim, per iusiurandum, quod feci, promitto dare filium meum gloriosissimum, felicissimum dispoti dominum Manuelem Paleologum prefato domino archiepiscopo, quem ipse duceret ad predictum dominum nostrum papam cum una galea, et dimittet michi duas galeas, et alias duo armabit in partibus istis, et dimittet eas sub nostro precepto ad defensionem istarum partium. Item dominus noster papa sub celeritate, qua poterit, postquam filium meum habuerit in manibus suis, mittet michi vscheria quindecim cum equitibus quadringentis et alios centum equites cum nauibus et mille pedites, ita quod erit exercitus totus vscheria quindecim, galee suptiles quinque, equites quingenti et pedites mille; quando dictus exercitus applicuerit in Constantino-

polim per dei gratiam, erit ad nostrum preceptum pugnandi contra Turchos et Grecos inimicos nostros usque ad menses sex, in quo tempore legatus domini nostri pape dabit beneficia [et] dignitates ecclesiasticas personis sufficientibus grecis, que ad vnionem et obedientiam ecclesie sponte redibunt, secundum quod sibi et nobis melius videbitur. Vbi uero infra sex menses, postquam exercitus in Constantinopolim applicuerit, per benignitatem et gracias Greci sponte ad obedienciam ecclesie noluerint redire, quod non credimus, promittimus ex nunc pro tunc, quod faciemus cum consilio et deliberatione legati domini nostri pape, quod omnino erunt obedientes. Item dabimus legato domini nostri pape palacium magnum, in quo ipse cum suis habitabit, et sic per consequens dictum palacium erit domini nostri pape et legatorum ipsius in perpetuum. Item dabimus sibi pulcram et venerabilem ecclesiam, in qua dictus legatus et alij, qui postea uenient a domino nostro papa, tamquam in propria ecclesia celebrabunt diuina officia et ecclesiastica sacramenta. Item dabo filio meo primogenito vnum magistrum latinum, qui docebit eum litteras et linguam latinam de consilio et voluntate predicti legatj. Item dabo hospicia tria magna, in quibus tenebuntur scole litterarum latinarum, et ego dabo operam et efficaciam et fauorem cum corde sincero, quod filij magnatum et potentum Grecorum ibunt addiscere litteras latinas. In casu, vbi predicta omnia et singula non obseruarem, quod absit et deus aduertat a me tantum malum, ex nunc pro tunc iudico auctoritate imperiali me indignum imperio, et priuo meinet ipsum iure imperij, et transfero, do, cedo ius et potestatem imperij et imperandi in predictum filium meum, et ex nunc pro tunc constituo, facio, creo et ordino ipsum in imperatorem et moderatorem Grecorum. Item in predicto casu, quem deus aduertat, ex nunc pro tunc do, cedo, transfero ius patrie potestatis in predictum dominum nostrum summum pontificem super dictum filium meum, quem ex nunc pro tunc eius potestati subiicio, ipsum eidem in adoptionem tribuens et concedens omni modo et forma, quibus melius de iure possum. Item do, concedo et trado potestatem et auctoritatem eidem domino summo pontifici, quod possit acquirere, petere, requirere et capere imperium nostrum pro dicto filio nostro, tamquam pro uero et legitimo imperatore, et dare eidem filio meo vxorem, baiulos, tutores et curatores usque ad

tum tempus a iure, et possit de predicto imperio ordinare et disponere tamquam de imperio sibi de iure debito, vice et nomine predicti filij nostri, quem ex nunc pro tunc a nostra propria et patria potestate eximimus et liberamus, et in patriam potestatem per adoptionem eidem domino pape subicimus et donamus, renuntiantes omnibus exceptionibus, quas possemus contra predicta obicere, et omni iuri et legibus, quibus contra predicta non obseruanda et complenda possemus nos aliquo modo defendere seu tueri. Item in casu, ubi predictus archiepiscopus ueniret cum tribus galeis uel pluribus, et nos non daremus sibi dictum filium nostrum, ut duceret ipsum ad dominum nostrum summum pontificem, obligamus nos et omnia bona nostra et omnes nostros Grecos et bona eorum, quod dominus noster papa et sui nuntii seu procuratores possint capere et petere super dictis bonis et personis usque ad valorem quatuor milium florenorum pro qualibet galearum, quas predictus D. archiepiscopus et prefatus familiaris noster duxerint in Constantinopolim, in omni loco et sub quolibet iudice ecclesiastico seu ciuili in Peyra, Rodo, Chio et Cipro et omnibus [alijs] locis, non obstanti aliqua exceptione seu iure, quo uel nos uel nostri Greci possemus nos defendere ad non soluendum predictam summam florenorum. In casu, (vbi) omnia supradicta complerem, uolo, quod dictus dominus papa me adiuuet contra omnes inimicos meos et maxime infideles cum maiori exercitu et mu[l]titudine] Cristianorum, qui resistere possint multitudini infidelium et eos expellere de terris Cristianorum, quas iniuste per violenciam sue [infidelitati] subiecerunt. Item, quod dominus noster papa prouideat nobis de expensis fiendis et de stipendijs erogandis pro aliqua parte exercitus, cum [imperium] nostrum pro presenti non posset multas expensas sustinere. Item quod ego sim principalis capitaneus, signifer et vexillarius sancte matris ecclesie cum mero et mixto imperio et plenaria potestate supra omnem exercitum Cristianorum, qui ad partes citramarinas transiuerint uel [stipendi]ati per ecclesiam uel per alios ex mandato et indulgencia ecclesie uel qui sponte uenerint pro salute animarum suarum. Item in casu, ubi ego [omnia] supradicta complerem, dominus noster papa remittet michi filium meum cum honore et apparatu conuenienti. Et est intelligendum, quod si forte supradicta, omnia et singula non complerem pro eo, quod potencia et non uo-

luntas deficeret, et ego personaliter accederem ad ipsum dominum nostrum papam, in illo casu dominus noster papa teneatur defendere et adiuuare me ad recuperandum imperium meum, sicut pro filio meo fecisset, me ad eius presenciam personaliter non accedente, et non uideat in aliquam penam incidisse uel contrafecisse, si necessitate impotencie et non uoluntate supradicta omnia non complessem. Ad quorum omnium securitatem et euidenciam pleniorem presens sacramentale priuilegium aurea bulla munitum fieri iussit imperium nostrum litteris rubeis manu nostra propria more solito subscriptum et aurea bulla imperij nostri inferius appensa munitum. Actum in vrbe magne Constantinopolis in nostro sacro palacio Blachernarum anno a constitucione mundi sexto milleno octauo centeno sexagesimo quarto, a natiuitate autem domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto, die quinta decima decembris. †

## IX. (6878—1369) 7. octobris ind. VII.

*Papa Urbanus V. iubet recipi fidei confessionem faciendam ab imperatore Ioanne Palaelogo, patriarcha Paulo et aliis Graecis.*

In nomini domini amen. Nouerint uniuersi presentes litteras et instrumentum publicum inspecturi, quod ex^mi patres et domini, dei gratia Guliermus episcopus Ostiensis et Bernardus Basilicę XII. apostolorum et Franciscus ecclesię sanctę Sabinę presbyteri ac Rainaldus sancti Adriani diaconus cardinalis commissarij super infrascriptis per dominum Vrbanum papam V. deputati litteras eiusdem apostolicas sua bulla plumbea munitas tenore sequenti receperunt: Vrbanus episcopus seruus seruuorum dei venerabili fratri Guliermo episcopo Ostiensi et dulcissimis filijs Bernardo Basilicę XII. apostolorum et Francisco, ecclesię sanctę Sabinę presbyteris et Rainaldo Adriani diacono salutem et apostolicam benedictionem. Cum magnificus princeps Iohannes imperator Grecorum illustris nouiter ex deuotione et feruore catholicae fidei ad urbem accesserit, sanctam sedem apostolicam uisitaturus et eius ordinationi et mandatis in ijs, que dictam fidem concernunt, tamquam princeps catholicus perpetuo pariturus, nos uolentes eundem imperatorem in prima eius uisione ac receptione tamquam catholicum principem et alios Greccos tam cleri-

cos et religiosos, quam etiam prelatos et laicos existentes cum eo, qui ad eiusdem ecclesie uenire uoluerunt unitatem professione dicte fidei ac iuramento et abiuratione secundum debitas formas, alias a preclare memorie Michaele Paleologo imperatore Grecorum predecessoreque eiusdem imperatoris in simili casu seruatas, admissis ad pacis osculum et alias decenter et licite recipere et congrue honorificationis impendijs honorare, de vestra quoque sinceritate ad dictam fidem ac circumspectione gerentes in domino fiduciam plenariam, uobis et cuilibet vestrum recipiendi nomine nostro et dicte ecclesie ab eisdem imperatore ac Grecis alijs ecclesiasticis et religiosis etiam quacunque prelatione fungentibus huius professionem, iuramentum et abiurationem secundum formulas contentas in nostris apostolicis litteris, quas uobis cum presentibus destinamus, et exinde confici publica instrumenta et litteras eorundem imperatorum et aliorum, qui profitebuntur et abiurabunt, sigillis signoque munitas, plenam concedimus auctoritate apostolica tenore presentium facultatem. Datum Viterbij nonis octobris, pontificatus nostri anno septimo.

Iidem ex^mi patres ad premissa deputati reuerendum patrem dominum Paulum, patriarcham Constantinopolitanum, et dominum fratrem Nicolaum, episcopum Arenopolitanum, ac religiosum uirum fratrem Antonium de Athenis, ordinis fratrum minorum, scientes linguas et grammaticas grecas et latinas, in hac parte interpretes assumpserunt, qui in manibus dicti domini Francisci cardinalis de consensu aliorum predictorum dominorum cardinalium recipientis ad sancta dei euangelia iurauerunt fideliter referre latina lingua uerba imperatoris predicti et aliorum Grecorum, qui uenerant cum dicto imperatore et profiteri uolebant. Et ecce professionem imperatoris:

In nomine patris et filij et spiritus sancti. Amen.

Ego Iohannes in Christo deo fidelis imperator ac Romeorum moderator Paleologus spiritus sancti lumine illustratus, volens saluti anime nostre prouidere, sponte ueni ad sacram romanam vrbem, sanctissimum papam dominum Vrbanum diuina prouidentia papam quintum et sanctam sedem apostolicam uisitaturus ac in eiusdem domini pape vel alterius seu aliorum ab eo in hac parte deputatorum manibus recogniturus et professurus fidem catholicam, quam sacrosancta Romana ecclesia ac

vniuersalis profitetur, tenet et docet, et circa perpetuam obseruantiam eiusdem fidei prefati domini papę et suorum successorum romanorum pontificum mandatis plenarie et efficaciter pariturus. Ideoque in presentia vestrum reuerendissimorum patrum Guliermj, episcopi Ostiensis, Bernardi Basilicę XII. apostolorum ac Francisci ecclesie sancte Sabine presbyterorum et Rainaldi sancti Adriani diaconi cardinalis commissarij super hoc a prefato domino papa deputati ac venerabilis uiri eiusdem sedis notarij et testium infrascriptorum personaliter constitutus profiteor et credo sanctam trinitatem, patrem, filium et spiritum sanctum etc. *ut in litteris Michaëlis Palaeologi* (IV.) Vnde suprascriptam fidei ueritatem, prout plene acta est et fideliter exposita, veram, sanctam et orthodoxam fidem esse recognosco, eam accepto et corde et ore profiteor, ipsamque, prout veraciter eam tenet et fideliter docet et prędicat sacrosancta romana ecclesia, me inuiolabiliter seruaturum et in ea omni tempore perseueraturum, nec ab eà ullo tempore recessurum seu quoquomodo deuiaturum promitto, et abrenuntio omni scismati; primatum quoque ipsius sacrosancte romanę ecclesię, prout in prędmissa serie continetur, ad ipsius ecclesię obedientiam spontaneus ueniens, fateor et recognosco, accepto et sponte suscipio, et me omnia premissa tam circa fidei ueritatem quam circa dictę ecclesię primatum et ipsorum recognitionem, acceptionem, suscepcionem, obseruantiam et perseuerantiam seruaturum, prędstito corporali iuramento, promitto et confirmo, sic me deus adiuuet et hęc sancta dei euangelia. Quod si contra hęc aliquid sentire, confiteri aut aliud agere presumpsero, me scismaticum et anathematisatum eo ipso recognosco et seueritati sacrorum canonum subiacere. Ad certitudinem predictorum et cautelam maiorem presens iuramentum mysticum exposui instrumentum et bulla aurea munitum. Scriptum in antiqua Roma anno ab incarnatione dominj MCCCLXIX., indicione septima, die X. mensis octobris, presentibus reuerendo patre domino Paulo patriarcha Constantinopolitano et religioso viro fratre Antonio de Athenis interpretibus ad prędmissa exponenda electis, nostris rmis patribus dominis cardinalibus commissarijs et dictis dominis cardinalibus authorizantibus dictumque imperatorem ab ipsis ad osculum pacis receptum et gremio sanctę romanę ecclesię aggregantibus, ut uerum catholicum christianum.

Sumptum de registris papalibus.

Ἐν ὀνόματι τοῦ κυρίου, ἀμήν. Γνωστὸν ἔστω πᾶσι τοῖς τὰ παρόντα γράμματα καὶ τὸ δημόσιον συμβόλαιον ὀφομένοις, ὅτι οἱ αἰδεσιμώτατοι πατέρες καὶ κύριοι, θεοῦ χάριτι Γουλιέρμος ἐπίσκοπος Ὀστιένσης καὶ Μπερνάρδος τῆς ἐκκλησίας τῶν ιβ' ἀποστόλων καὶ Φραντζίσκος τῆς ἐκκλησίας τῆς ἁγίας Σαβίνας προσβύτεροι καὶ Ῥαϊμοῦνδος τοῦ ἁγίου Ἀδριανοῦ διάκονος, καρδινάλιοι, ἐπίτροποι ἐπὶ τὰ ὑποτεταγμένα ἀπὸ τοῦ αὐθέντου Οὐρβανοῦ πάπα πέμπτου ὑποταχθέντες γράμματα τοῦ αὐτοῦ ἀποστολικὰ ἰδίᾳ βούλλᾳ μολιβδίνῃ κατωχυρωμένα ἐν ταύτῃ τῇ ἑπομένῃ περιλήψει ἐδέξαντο· Οὐρβανὸς ἐπίσκοπος, δοῦλος τῶν δούλων τοῦ θεοῦ, τῷ αἰδεσίμῳ ἀδελφῷ Γουλιέρμῳ ἐπισκόπῳ Ὀστιένσῃ καὶ τοῖς ἀγαπητοῖς υἱοῖς Μπερνάρδῳ τῆς ἐκκλησίας τῶν ιβ' ἀποστόλων καὶ Φραντζίσκῳ τῆς ἐκκλησίας τῆς ἁγίας Σαβίνας πρεσβυτέροις καὶ Ῥαϊμούνδῳ τοῦ ἁγίου Ἀδριανοῦ διακόνῳ σωτηρίαν καὶ ἀποστολικὴν εὐλογίαν. ἐπειδὴ ὁ μεγαλοπρεπὴς καὶ περιφανὴς ἄρχων Ἰωάννης βασιλεὺς τῶν Γραικῶν νεωστὶ ἐξ εὐλαβείας καὶ ζεούσης ἀγάπης περὶ τὴν καθολικὴν πίστιν εἰς τὴν μεγαλόπολιν παρεγένετο, τὴν ἁγίαν ἀποστολικὴν καθέδραν ἐπισκεφόμενος καὶ θεωρήσων καὶ τῇ διατάξει αὐτῆς καὶ τοῖς περὶ τὴν εἰρημένην πίστιν θεωρουμένοις προστάγμασιν ὡς υἱὸς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀιδίως ὑποκείμενος, ἡμεῖς βουλόμενοι τὸν αὐτὸν βασιλέα ἐν τῇ πρώτῃ αὐτοῦ ὄψει καὶ ὑποδοχῇ ὡς υἱὸν τῆς ἐκκλησίας καὶ δὴ καὶ τοὺς ἄλλους Γραικοὺς, κληρικούς τε, μοναχοὺς, προεστῶτας καὶ λαϊκοὺς τοὺς αὐτῷ συμπαραγενομένους, οἳ πρὸς ἕνωσιν τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας ἐλθεῖν ἐβουλήθησαν, ἐν ἀσπασμῷ εἰρήνης καὶ ἄλλως πρεπόντως καὶ δικαίως ὑποδέχεσθαι καὶ τιμῇ συμφώνῳ τιμᾶν, ὁμολογίας τῆς ῥηθείσης πίστεως καὶ ὁρκομωσίας προσληφθέντων κατὰ τὸν ὀφειλόμενον τύπον ἄλλοτε (ὑπὸ) τοῦ τῆς λαμπρᾶς μνήμης Μιχαὴλ Παλαιολόγου βασιλέως τῶν Γραικῶν προηγήσαμένου αὐτοῦ βασιλέως ἐν ὁμοίῳ συμβάματι φυλαχθέντα, περί τε τῆς ὑμετέρας εἰλικρινότητος πρὸς τὴν εἰρημένην πίστιν κατὰ τὴν περίσκεψιν ταύτην ἔχοντες ἐν κυρίῳ πλῆρες θάρρος ὑμῖν καὶ ἑκάστοις ὑμῶν πλήρη παρέχομεν εὐπορίαν ἀποστολικῇ αὐθεντίᾳ τῇ δυνάμει τῶν παρόντων, ὥστε ὑποδέξασθαι ἡμετέρῳ ὀνόματι καὶ τῆς εἰρημένης ἐκκλησίας ἀπὸ τῶν αὐτῶν, τοῦ τε βασιλέως καὶ τῶν ἄλλων Γραικῶν, κληρικῶν, μοναχῶν καὶ τῶν ὑπαιουδήτινος ὄντων ἀξιώματος ταύτην τὴν ὁμολογίαν, τὴν ὁρκωμοσίαν,

τὴν ἐξωμοσίαν κατὰ τὸν περιεχόμενον τόπον ἐν τοῖς ἡμετέροις ἀποστολικοῖς γράμμασιν, ἅπερ ὑμῖν μετὰ τῶν παρόντων διαπέμπομεν, κἀκεῖθεν γενέσθαι συμβόλαια δημόσια καὶ γράμματα τῶν αὐτῶν, τοῦ τε βασιλέως καὶ τῶν ἄλλων, οἳ ὁμολογήσουσι καὶ ἐξομόσονται, σιγίλλοις καὶ σημείῳ κατωχυρωμένα. ἐδόθη ἐν τῷ Βιτέρβῳ νόνῃ ὀκτωβρίου ἔτει ἑβδόμῳ τῆς ἀρχιερωσύνης ἡμῶν.

Οἱ αὐτοὶ αἰδεσιμώτατοι πατέρες οἱ ἐπὶ τοῖς ἀναγεγραμμένοις ἐπιτεταγμένοι ἐν τούτῳ τῷ μέρει ἑρμηνεῖς ἐλάβοντο τὸν αἰδέσιμον πατέρα καὶ κύριον Παῦλον, θεοῦ χάριτι πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τὸν ἀδελφὸν κύριον Νικόλαον ἐπίσκοπον Ἀρενοπολιτάνον καὶ τὸν μοναχὸν ἄνδρα Ἀντώνιον ἐκ τῶν Ἀθηνῶν, τῆς τάξεως τῶν φρεμενσορίων, εἰδότας ἑκατέραν γλῶσσαν, Λατίνων καὶ Γραικῶν, τήν τε κοινὴν καὶ τὴν γραμματικήν, οἵτινες ἑρμηνεῖς ἐν ταῖς χερσὶν τοῦ εἰρημένου αὐθέντου Φραντζίσκου καρδιναλίου ἀπὸ συναινέσεως τῶν εἰρημένων ἄλλων αὐθεντῶν καρδιναλίων ἀναδεχομένου εἰς τὰ ἅγια τοῦ θεοῦ εὐαγγέλια ὤμοσαν πιστῶς ἀναφέρειν λατινικῇ γλώσσῃ τὰ ῥήματα τοῦ προειρημένου βασιλέως καὶ τῶν ἄλλων Γραικῶν τῶν μετὰ τοῦ βασιλέως ἐλθόντων καὶ ὁμολογίαν δοῦναι βουληθέντων. ἀλλ' ἰδοὺ καὶ ἡ τοῦ βασιλέως ὁμολογία·

Ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἀμήν. Ἐγὼ Ἰωάννης ἐν [Χριστῷ] τῷ θεῷ πιστὸς βασιλεὺς καὶ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων ὁ Παλαιολόγος, φωτὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐλλαμφθείς, τῆς ἐμαυτοῦ ψυχῆς προνοούμενος, ἑκουσίως παρεγενόμην εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν Ῥώμην, τὸν ἁγιώτατον πάπαν τὸν αὐθέντην Οὐρβανὸν θείᾳ προνοίᾳ πάπαν πέμπτον καὶ τὴν ἁγίαν ἀποστολικὴν καθέδραν ἐπισκεφόμενος καὶ θεωρήσων καὶ ἐν ταῖς χερσὶ τοῦ αὐτοῦ αὐθέντου πάπα ἢ ἑτέρου ἢ ἑτέρων ἀπ' αὐτοῦ ἐν τούτῳ τῷ μέρει ἀποταχθέντων ἐπιγνωσόμενος καὶ ὁμολογήσων τὴν καθολικὴν πίστιν, ἣν [ἡ] ἱεραγία ῥωμαϊκὴ ἐκκλησία καὶ οἰκουμενικὴ ὁμολογεῖ, κρατεῖ καὶ διδάσκει, καὶ περὶ τὴν διηνεκῆ συντήρησιν τῆς αὐτῆς πίστεως τοῦ προρρηθέντος αὐθέντου πάπα καὶ τῶν αὐτοῦ διαδόχων ῥωμαϊκῶν ἀρχιερέων τοῖς προστάγμασι πεπληρωμένως καὶ ἐμπράκτως ὑποκειμένος καὶ διὰ τοῦτο ἐνώπιον ὑμῶν τῶν αἰδεσίμων πατέρων Γουλιέρμου ἐπισκόπου Ὀστιένσης, Μπερνάρδου τῆς ἐκκλησίας τῶν ιβ' ἀποστόλων καὶ Φραντζίσκου τῆς ἐκκλησίας τῆς ἁγίας Σαβίνας πρεσβυτέρων καὶ Ραϊνέρ-

δου τοῦ ἁγίου Ἀδριανοῦ διακόνου καρδιναλίων ἐπιτρόπων ἐπὶ τούτοις ἀπὸ τοῦ εἰρημένου αὐθέντου πάπα ἀποτεταγμένων καὶ τοῦ αἰδεσίμου ἀνδρὸς τῆς αὐτῆς καθέδρας νοταρίου καὶ μαρτύρων ἀποτεταγμένων αὐτοπροσώπως καταστα θεὶς ὁμολογῶ καὶ πιστεύω τὴν ἁγίαν Τριάδα, τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα κτέ. *ut in litteris Andronici Palaeologi* (VI.) ὅθεν τὴν ἀναγεγραμμένην τῆς πίστεως ἀλήθειαν ὡς πληροέντως ἔχουσαν καὶ πιστῶς ἐκτεθεῖσαν ἀληθῆ, ἁγίαν καὶ ὀρθόδοξον πίστιν εἶναι ἐπιγινώσκω, ταύτην ἀποδέχομαι καὶ καρδίᾳ καὶ στόματι ὁμολογῶ, καὶ ἐφ' ὅσον ἀληθῶς αὐτὴν κρατεῖ καὶ πιστῶς διδάσκει καὶ κηρύττει ἡ ἱεροαγία ῥωμαϊκὴ ἐκκλησία, ἐμαυτὸν ἀμολύντως φυλάξειν καὶ ἐν αὐτῇ πάντα χρόνον διατελέσειν καὶ ἀπ' αὐτῆς ἐν οὐδενὶ καιρῷ ἀναχωρήσειν ἤ τινι τρόπῳ παρεγκλῖναι ὑπισχνέομαι, καὶ ἐξομνύομαι πᾶν σχίσμα, καὶ τὸ πρωτεῖον αὐτῆς τῆς ἱεροαγίας ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας ὡς ἐν τῇ προδηλωθείσῃ ὑφῇ περιέχεται, εἰς τὴν ὑποταγὴν τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας ἐρχόμενος ἑκουσίως, ὁμολογῶ καὶ ἐπιγινώσκω, ἀποδέχομαι καὶ ἑκουσίως ὑποδέχομαι. καὶ τὰ ἀναγεγραμμένα πάντα, ὅσα περὶ τὴν τῆς πίστεως ἀλήθειαν καὶ ὅσα περὶ τὸ πρωτεῖον τῆς εἰρημένης ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας, τούτων τὴν ἐπίγνωσιν, τὴν ἀποδοχήν, τὴν ὑποδοχήν, τὴν συντήρησιν καὶ τὴν διαμονὴν ἐμαυτὸν διατηρήσειν καὶ φυλάξειν, δοθέντος πραγματικοῦ ὅρκου, ὑπόσχομαι καὶ ἐπιβεβαιῶ, οὕτως με βοηθήσει ὁ θεὸς καὶ ταῦτα τὰ ἅγια τοῦ θεοῦ εὐαγγέλια, ὅτι ἐὰν κατὰ τούτων τι φρονῆσαι, ὁμολογῆσαι ἢ ἄλλως ποιῆσαι τολμήσω, ἐμαυτὸν σχισματικὸν καὶ αὐτῷ τούτῳ ἀναθεματισμένον εἶναι ἐπιγινώσκω καὶ τῇ ἀποτομίᾳ καὶ αὐστηρότητι τῶν ἁγίων κανόνων ὑποκεῖσθαι. εἰς ἀσφάλειαν τῶν προειρημένων καὶ φυλακὴν μείζονα τὸ παρὸν ὁρκωμοτικὸν μυστικὸν ἐξεθέμεθα συμβόλαιον καὶ βούλλᾳ χρυσῇ κατωχυρωμένον. ἐγράφη ἐν τῇ παλαιᾷ Ῥώμῃ ἔτει ἀπὸ τοῦ κυρίου σαρκώσεως χιλιοστῷ ἑβδομηκοστῷ ἑξηκοστῷ ἑνάτῳ, ἰνδικτιῶνος ἑβδόμης, ἡμέρᾳ δεκάτῃ τοῦ ὀκτωβρίου μηνός, παρόντος τοῦ αἰδεσίμου πατρὸς τοῦ κυρίου Παύλου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, τοῦ κυρίου Νικολάου, ἐπισκόπου Ἀρνεοπολιτάνου καὶ τοῦ εὐλαβοῦς ἀνδρὸς τοῦ ἀδελφοῦ Ἀντωνίου ἐκ τῶν Ἀθηνῶν πρὸς τὸ τὰ ἀνατεταγμένα ἑρμηνεῦσαι καὶ ἐκτεθῆναι ἐκλεγέντων, τῶν αἰδεσιμωτάτων πατέρων τῶν κυρίων καρδηναλίων ἐπιτρόπων καὶ τούτων αὐτῶν τῶν ῥηθέντων κυρίων καρδη-

ναλίων τὸ κῦρος ἐπιδιδόντων, τόν τε εἰρημένον βασιλέα ἐν ἀσπασμῷ εἰρήνης προσδεχομένων καὶ τῷ κόλπῳ τῆς ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας ἐπισυναγόντων ὡς ἀληθῆ καθολικὸν χριστιανόν.

Εἴληπται ἐκ τῶν παππικῶν κωδίκων.

## X. 1370 mense ianuario.

*Imperator Ioannes Palaeologus fidem facit aurea bulla se Romae publico instrumento emisisse fidei professionem.*

Nos Iohannes in Christo deo fidelis imperator ac Romeorum moderator Paleologus. Notum facimus vniversis presentes litteras inspecturis, quod cum die decima octava mensis octobris proxime preteriti in sacra vrbe Rome fecerimus professionem catholice fidei per reverendissimos patres dominos Guillelmum episcopum Ostiensem et Bernardum basilice XII. apostolorum ac Franciscum tituli sancte Sabine presbiteros et Raynaldum sancti Adriani diaconum cardinales, per sanctissimum patrem dominum Vrbanum divina providentia papam V. ad hoc specialiter deputatos, nobis exhibitam, sponte fecerimus sub certa forma, prout apparet per publicum instrumentum nostra propria manu subscriptum nostraque bulla aurea communitum et in eadem professione inter alia contineatur talis articulus, videlicet: Credo hanc esse veram fidem catholicam et quod hanc super dictis articulis tenet et predicat sacrosancta romana ecclesia etc, dicimus ad omnem ambiguitatem tollendam, nos credere et intelligere romanam ecclesiam, cui nunc preest prefatus dominus papa et sui predecessores romani pontifices prefuerunt, prout credunt et intelligunt catholici christiani in occidentis partibus constituti. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre auree bulle munimine fecimus communiri, et nos hic nostra manu subscripsimus, ut est moris. Datum Rome die . . . mensis ianuarii anno nativitatis domini millesimo tregentesimo septuagesimo, indictione octava, pontificatus dicti domini pape anno octavo.

† Ἰωάννης ἐν Χριστῷ τῷ θεῷ πιστὸς βασιλεὺς καὶ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων ὁ Παλαιολόγος. †

*Aurea bulla suspensa serico violaceo. Imago Christi:* IC. XC; *imperatoris imago:* IΩ| ΔΕΣ|ΠΟΤΗΣ| Ο ΠΑ|ΛΕ|ΟΛΟ|ΓΟΣ.

## XI. 6942—1433 11. novembris.

*Imperator Ioannes Palaeologus mittit tres procuratores ad concilium Basileense pro unione ecclesiarum.*

† Ἐπειδὴ ἀπεστάλησαν εἰς τὴν ἱεραγίαν καθολικὴν σύνοδον τὴν ἐν Βαζηλέᾳ παρὰ τῆς βασιλείας μου ἀποκρισίαριοι, ὅ τε οἰκεῖος τῇ βασιλείᾳ μου πρωτοβεστιαρίτης κῦρις Δημήτριος Παλαιολόγος ὁ Μετοχίτης καὶ ὁ τιμιώτατος ἐν ἱερομονάχοις καὶ καθηγούμενος τῆς ἱερᾶς μονῆς τοῦ ἁγίου Δημητρίου καὶ ὁ οἰκεῖος τῇ βασιλείᾳ μου κῦρις Ἰωάννης ὁ Δισύπατος πρὸς κατάστασιν τῆς παρ' ἡμῶν σπουδαζομένης καθολικῆς καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου ὑπὲρ τῆς μελετώσης ἑνώσεως τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Χριστοῦ, καὶ δεδώκαμεν αὐτοῖς τελείαν καὶ πλήρη ἐξουσίαν καὶ ἄδειαν ὑπὲρ τούτου, θεσπίζει, τάττει καὶ διορίζεται ἡ βασιλεία μου διὰ τοῦ παρόντος χρυσοβούλλου αὐτῆς, ἵνα πᾶν, ὅπερ ἂν τάξωσιν, ὑπόσχωνται, ὀμόσωσιν, ποιήσωσιν καὶ καταστήσωσιν ἐγγράφως περὶ τούτου οἱ προειρημένοι ἀποκρισιάριοι, λογισθῇ παρὰ τῆς βασιλείας μου καὶ στερχθῇ, ὥσπερ ἂν εἰ αὐτοπροσώπως αὐτὴ ἔπραξεν, ἔταξεν, ἔστερξέ τε τοῦτο καὶ ὤμοσεν. καὶ ἂν συμβῇ ἐμποδισμός τις ἢ θάνατος εἴς τινα αὐτῶν τῶν εἰρημένων ἀποκρισιαρίων, τότε τὸ πραχθησόμενον καὶ ὑποσχεθησόμενον παρὰ τῶν δύο ἵνα ᾖ στερκτὸν καὶ ἐρρωμένον, ὥσπερ εἰ ἐγένετο παρὰ τῶν τριῶν. καὶ δι' ἀσφάλειαν καὶ βεβαίωσιν τῶν προειρημένων ὀμνύει καὶ ἡ βασιλεία μου εἰς τὸν ὀφειλόμενόν μοι ὡς χριστιανῷ καὶ εὐσεβεῖ βασιλεῖ ὅρκον καὶ εἰς τὴν εὐχὴν τοῦ ἁγίου μοι αὐθέντου καὶ βασιλέως, τοῦ πατρὸς τῆς βασιλείας μου, τοῦ ἀοιδίμου καὶ μακαρίτου, ἔτι δὲ καὶ εἰς τὴν ψυχὴν τῆς βασιλείας μου. καὶ γέγονε τὸ παρὸν χρυσόβουλλον τῆς βασιλείας μου ἐν ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἑξακισχιλιοστῷ ἐννακοσιοστῷ τεσσαρακοστῷ δευτέρῳ, ἀπὸ δὲ τῆς κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γεννήσεως χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ τριακοστῷ τρίτῳ, ἡμέρᾳ ἐνδεκάτῃ τοῦ νοεμβρίου μηνὸς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐν τῷ ἡμετέρῳ βασιλικῷ παλατίῳ γράμμασιν ἐρυθροῖς οἰκείᾳ χειρὶ ὑπογεγραμμένον κατὰ τὸ βασιλικὸν ἔθος καὶ χρυσῆς βούλλης ἀπηωρημένης. †

† Ἰωάννης ἐν Χριστῷ τῷ θεῷ πιστὸς βασιλεὺς καὶ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων ὁ Παλαιολόγος. †

Quoniam missi fuerunt ad sacrosanctum concilium generale Basiliense nostri et imperij nostri ambassiatores familiaris noster prothouestiaritis Demetrius Paleologus Metochites et honorandissimus in sacris monacis abbas sacri monasterij sancti Demetrij et familiaris noster Iohannes Dissipatus ad constitutionem a nobis sollicitati generalis et ycumenici concilij pro vnione premeditata ecclesiarum Christi, et dedimus eis ambassiatoribus perfectam et plenam potestatem et bayliam super et in predictis, mandat, diffinit et ordinat imperium nostrum per presens chrisobullum suum, quod omnia et singula illa, que ordinauerint, promiserint, iurauerint, fecerint et constituerint per scripturam seu scripturas super predictis prefati nostri ambassiatores, reputentur a nostro imperio et affirmata sint, tamquam si a persona nostra presentialiter facta, ordinata, promissa et iurata forent. Et si contingeret impedimentum aliquod uel mors in aliquo dictorum ambassiatorum, tunc quod factum et promissum erit per duos ex eis, firmum et validum sit, tamquam si per omnes tres factum foret. Et in robur et firmitatem predictorum iurat imperium nostrum per iuramentum debitum et condecens nobis tamquam christiano fideli imperatori et per orationem et benedictionem sancti mei imperatoris domini et patris nostri felicis memorie et per animam meam. Factumque est presens chrisobullum imperij nostri [anno] a mundi creatione sex milleno nonagesimo quadragesimo secundo, a domini nostri Ihesu Christi natiuitate millesimo quadringentesimo tregesimo tertio, die undecima nouembris, Constantinopoli in palatio nostro imperiali et subscriptum litteris rubeis manu nostra propria more imperiali cum pendenti aurea bulla.

*Orig. membr., aurea bulla suspensa serico rubro. Imago Iesu Christi cum litteris:* ΙC XC; *imago imperatoris cum litteris:* ΙΩ ΕΝ ΧΩ ΑΥΤΩΚΡΑΤΩΡ Ο ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΣ.

## XII. 6947—1439. 6 iulii.

*Decretum synodi florentinae de unione ecclesiarum.*

Eugenius episcopus, servus servorum dei, ad perpetuam rei memoriam. Consentiente ad infrascripta carissimo filio nostro Iohanne Paleologo, Romeorum imperatore illustri, et locatenentibus venerabilium fratrum nostrorum patriarcarum et ceteris orientalem ecclesiam representantibus. Letentur celi et exultet terra, sublatus est enim de medio paries, qui occidentalem orientalemque dividebat ecclesiam, et pax atque concordia rediit, illo angulari lapide Christo, qui fecit utraque unum, vinculo fortissimo caritatis et pacis utrumque iungente parietem et perpetue unitatis federe copulante ac continente, postquam longam meroris nebulam et dissidii diuturni atram ingratamque caliginem serenum omnibus unionis optate iubar illuxit. Gaudeat et mater ecclesia, que filios suos hactenus invicem dissidentes iam videt in unitatem pacemque rediisse, et que antea in eorum separatione amarissime flebat, ex ipsorum modo mira concordia cum ineffabili gaudio omnipotenti deo gratias referat. Cuncti gratulentur fideles ubique per orbem, et qui christiano censentur nomine, matri catholice ecclesie colletentur. Ecce enim occidentales orientalesque patres post longissimum dissensionis atque discordie tempus, se maris ac terre periculis exponentes, omnibusque superatis laboribus ad hoc sacrum ycumenicum concilium desiderio sacratissime unionis et antique caritatis reintegrande gratia leti alacresque convenerunt, et intentione sua nequaquam frustrati sunt. Post longam enim laboriosamque indaginem, tandem spiritus sancti clementia ipsam optatissimam sanctissimamque unionem consecuti sunt. Quis igitur dignas omnipotentis dei beneficiis gratias referre sufficiat? quis tante divine miserationis divitias non obstupescat? cuius vel ferreum pectus tanta superne pietatis magnitudo non molliat? Sunt ista prorsus divina opera, non humane fragilitatis inventa, atque ideo eximia cum veneratione suscipienda et divinis laudibus prosequenda. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio, Christe, fons misericordiarum, qui tantum boni sponse tue catholice ecclesie contulisti, atque in generatione nostra tue pietatis miracula demonstrasti, ut enarrent omnes mirabilia tua. Magnum

siquidem divinumque munus nobis deus largitus est, oculisque vidimus, quod ante nos multi, cum valde cupierint, adspicere nequiverunt. Convenientes enim Latini ac Greci in hac sacrosancta synodo ycumenica magno studio invicem usi sunt, ut inter alia etiam articulus ille de divina spiritus sancti processione summa cum diligentia et assidua inquisitione discuteretur. Prolatis vero testimoniis ex divinis scripturis plurimisque auctoritatibus sanctorum doctorum orientalium et occidentalium, aliquibus quidem ex patre et filio, quibusdam vero ex patre per filium procedere dicentibus spiritum sanctum, et ad eamdem intelligentiam aspicientibus omnibus sub diversis vocabulis, Greci quidem asseruerunt, quod id, quod dicunt spiritum sanctum ex patre procedere, non hac mente proferunt, ut excludant filium, sed quia eis videbatur. (ut aiunt) Latinos asserere spiritum sanctum ex patre et filio procedere tamquam ex duobus principiis et duabus spirationibus, ideo abstinuerunt a dicendo, quod spiritus sanctus ex patre procedat et filio. Latini vero affirmarunt, non se hac mente dicere spiritum sanctum ex patre filioque procedere, ut excludant patrem, quin sit fons ac principium totius deitatis, filii scilicet ac spiritus sancti, aut quod id, quod spiritus sanctus procedit ex filio, filius a patre non habeat, sive quod duo ponant esse principia seu duas spirationes, sed ut unum tantum asserant esse principium, unicamque spirationem spiritus sancti, prout hactenus asseruerunt. Et cum ex his omnibus unus et idem eliciatur veritatis sensus, tandem in infrascriptam sanctam et deo amabilem eodem sensu eademque mente unionem unanimiter concordarunt et consenserunt. In nomine igitur sancte trinitatis, patris et filii et spiritus sancti, hoc sacro universali opprobante florentino concilio, difinimus, ut hec fidei veritas ab omnibus christianis credatur et suscipiatur sicque omnes profiteantur, quod spiritus sanctus ex patre et filio eternaliter est, et essentiam suam suumque esse subsistens habet ex patre simul et filio, et ex utroque eternaliter tamquam ab uno principio et unica spiratione procedit, declarantes, quod id, quod sancti doctores et patres dicunt, ex patre per filium procedere spiritum sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, ut per hoc significetur, filium quoque esse secundum Grecos quidem causam, secundum Latinos vero principium subsistentie spiritus sancti, sicut et patrem. Et quoniam omnia, que patris sunt, pater ipse unige-

cos et religiosos quam etiam prelatos et laicos existentes cum eo, qui ad eiusdem ecclesie uenire uoluerunt unitatem professione dicte fidei ac iuramento et abiuratione secundum debitas formas, alias a preclare memorie Michaele Paleologo imperatore Grecorum predecessoreque eiusdem imperatoris in simili casu seruatas, admissis ad pacis osculum et alias decenter et licite recipere et congrue honorificationis impendijs honorare, de vestra quoque sinceritate ad dictam fidem ac circumspectione gerentes in domino fiduciam plenariam, uobis et cuilibet vestrum recipiendi nomine nostro et dicte ecclesie ab eisdem imperatore ac Grecis alijs ecclesiasticis et religiosis etiam quacunque prelatione fungentibus huius professionem, iuramentum et abiurationem secundum formulas contentas in nostris apostolicis litteris, quas uobis cum presentibus destinamus, et exinde confici publica instrumenta et litteras eorumdem imperatorum et aliorum, qui profitebuntur et abiurabunt, sigillis signoque munitas, plenam concedimus auctoritate apostolica tenore presentium facultatem. Datum Viterbij nonis octobris, pontificatus nostri anno septimo.

Iidem exmi patres ad premissa deputati reuerendum patrem dominum Paulum, patriarcham Constantinopolitanum, et dominum fratrem Nicolaum, episcopum Arenopolitanum, ac religiosum uirum fratrem Antonium de Athenis, ordinis fratrum minorum, scientes linguas et grammaticas grecas et latinas, in hac parte interpretes assumpserunt, qui in manibus dicti domini Francisci cardinalis de consensu aliorum predictorum dominorum cardinalium recipientis ad sancta dei euangelia iurauerunt fideliter referre latina lingua uerba imperatoris predicti et aliorum Grecorum, qui uenerant cum dicto imperatore et profiteri uolebant. Et ecce professionem imperatoris:

In nomine patris et filij et spiritus sancti. Amen.

Ego Iohannes in Christo deo fidelis imperator ac Romeorum moderator Paleologus spiritus sancti lumine illustratus, volens saluti anime nostre prouidere, sponte ueni ad sacram romanam vrbem, sanctissimum papam dominum Vrbanum diuina prouidentia papam quintum et sanctam sedem apostolicam uisitaturus ac in eiusdem domini pape vel alterius seu aliorum ab eo in hac parte deputatorum manibus recogniturus et professurus fidem catholicam, quam sacrosancta Romana ecclesia ac

